ב״ה

ΑΣΚΗΜΑ ΦΙΛΟΛΟΓΙΚΟΝ.

DE

OPERE SECUNDI DIEI,

ad

Gen. I. comma VI, VII, VIII.

DEO CLEMENTER JUVANTE,

PRÆSIDE,

MATTHÆO HILLERO,

SS. Theol. Profeſſore Extraord. Græcæ & Lingg. Orient. Ordinario,

Fautore & Præceptore ſuo multis nominibus obſervando pièque ætatem colendo,

placidæ συμφιλολογέντων συζητήσει,

publici loco Speciminis

Oblatum

AUCTORE

JOANNE MICHAELE HALLWAX, Tubing.

Magiſterii Candidato.

Ad diem XXI. Febr. A. CIƆ IƆ CCX.

IN

AUDITORIO PHILOSOPHORUM ÆSTIVO.

TUBINGÆ,

Typis JOHANN-CUNRADI REISI.

ALLOCUTIO PRÆSIDIS
AD
JOH. MICHAELEM HALLWAXIUM,
Secundæ Laureæ Philoſophicæ Candidatum, Exercitationis de Opere Diei ſecundi Autorem ſolertiſſimum.

DEploranda ſors eſt eorum, qui neglectis philoſophiæ & linguarum ſubſidiis ſaltuatim ad ſcientiarum culmina contendunt. Hoc plerique legum faciunt Studioſi, hoc Medicorum filij, hoc Prophetarum, qui venerandis Theologiæ ſacris initiantur. Nullis Philoſophiæ præceptis, nulla linguarum peritia muniti, vel ad latiſſimè patentem juris diſciplinam, vel ad medendi artem, vel ad Scri- pturæ interpretationem animum appellunt. Quo fit, ut pauci ſolidam erudi- tionem adepti ad penetralia artium atq; ſcientiarum recipiantur. Humi hæ- rent, irrito ferè conatu præclarum negotium ſuſcepturi. Ut locuſtæ cæteraqu id genus animalia, quæ à perpetuo ſaltu ἁλτικὰ dixit Philoſophus, utcunqu in altum exiliant, altivolarum avium volatus nunquam æquaverint, ſe pondere ſuo in terram relabuntur: ita iſti, qui artium & linguarum ſtudi tranſiliunt, arcem ſcientiarum nunquam aſcendunt, ſed ignorantiæ & in ſcitiæ mole gravati ad terram deprimuntur. Ab eorum more & conſuetu dine longè diſcrepant ſtudiorum tuorum rationes, Præſtantiſſime HALL WAXI. Tu enim intelligis eos gradatim ad arcem Theologiæ aſcendere, qu eximium ex ea diſciplina fructum ſperant. Studium igitur omne ad res ne ceſſarias confers, philoſophiam à morum mentiumq; Rectoribus avidè diſci aliisque rivulos intempeſtiva ſedulitate quærentibus, tu, quod velle ad æquales tuos exemplum iret, à fontibus hauriendam cæleſtis doctrinæ ca pita cenſes. Cujus rei luculentum ſpecimen dediſti, hanc de Rebus die ſecu do procreatis Exercitationem, quo opere, tuo ſcilicet Marte peracto, peri rerum literarumque oſtendis, quantum & ingenio valeas, & quantum ind ſtriâ tuâ ex Hebraicarum literarum opibus ac latifundiis fueris conſequ tus. Macte igitur animo, his gradibus annitare ad altiora diſciplinæ ſa ctiſſima veſtigia, & quam artium Profeſſoribus, *quam* optimo Pare *ſumtus in filij ſtudia liberaliſſimè conferenti de te concitaſti ſpem, deinc omni animi ac virium contentione impleas, imò vincas.*

58700 (14)
WELLCOME LIBRARY INSTITUTE

שמצפן
באתב״ש
TEXTUS GEN. CAP. I. VERS. VI, VII, VIII.

ויאמר] *Vav* Philologi plerique omnes dividere ſolent in חבור
: הפוך * Præcipuũ *poſterioris* officium eſt, indicare verbũ illud, cujus in
onte comparet, præter iſtud, cujus formam habet, tempus, in reliquis
tiam temporibus, ſiquidem ſenſus item & nexus ſermonis ferat, con-
unctim & actu copulato poſſe accipi, h.e. eſſe jam id, quo de ſermo eſt,
ctum, fieri, juxta & futurum eſſe. Adducit vir ἀβραικώτατος Dn. *Læ-
her.* in exemplum hujus vocem *comm.* 7. Geneſ. I. occurrentem,
ויע fecit, inquiens, Deus cœlum, facit illud & facturus eſt, in quan-
m ſc. indoles creationis permittit: nempe conſervando, quod factum
t, actu non interciſo. Eadem planè ratione noſtrum ויאמר explicave-
s, *dixit* enim quod αὐτοψία docet; *Dicet*, ne corruat providendo: *di-
t* per continuam quaſi creationem, extenſionem cœli, qua parte ſur-
m ſupra terram adſurgit nihil planè habentis, quod in ſublimi illud
etineat niſi Deum cotidie *dicentem*, extendentem. Quod ſchemate
rmonis alio omnium optumè inſinuat Jobus inquiens: נטה צפון על C. 26. 7.
תוהו תלה ארץ על בלימה olim & cotidie extendens Aquilonem,
e. cœlum, ubi emphaticè participiali loquutione pro præſenti utitur.
t ſic rectius ſanè ו hoc adpellabitur *Continuativum*, quippe quod a-
tum vel retrò vel poſt continuat. Commendanda autem nobis heic
t cautela circa ו hoc quando (:) poſſidet & Præteritis præfigitur.
icuti enim, teſte *Kimchio* ad Jon. III, 9. in Jon. explic. *Leusdenii* p. m.
75. Not. IV. in ונחם מוסב לעתיד מפני הוי״ו converſum eſt in Fut.
ropter ו: ita notantibus Philologis noſtris ſchevatũ ו Præteritis præfi-

* vid. Nold. Cõcord. Partic. p. m. 969. n. 1181. & 976. n. 1221. Glaſſ. P. S. p. m. 1187.

A xum

* *Notandum heic ὡς ἐν παρόδῳ,* בלימה *neque à* בלום, *uti vult Fuller. ne-
que à* בלי *&* מה, *uti vult Coccej. Comment. T. I. p. 538. b. §. 15. Lex. f.
99. b. Buxtorf. Lex. p. 75. Seb. Schmid. in Job. T. II. p. 184. Sed potius à
Maſc.* בלים *& hoc à verbo* בלה *ab Lexicographis, quantum equidem
ſciam, omiſſo deducendum eſſe. Sic* פנימה *à* פנים *hoc à* פנה, בהמה *à*
בהים, *ex quo per Syncop.* בים *beſtia veterinaria, unde* שן הבים,
*dens beſtiæ ſcil. Elephanti, per Synecd. conf. Excell. Dn. Præſ. Onomaſt. C.
IX. Via V. p. 176.*

xum non ſemper mutat ſignificationem Præt. in Fut. nam ſæpiſſimè re-
tinet ſignificationem Præt. Quæ ſanè obſervatio multum fœneratu
lucis tot jam annis in Doctorum foris vexato loco 2. Reg. 5: 18. & 19
Ex quo ſcil. contendunt diſpenſatum eſſe in L. N. de non colendi
Idolis ab Eliſa, qui Naamano roganti, ut officii gr. templum Rimmo
(quod Saturni adpellat *Aben-Ezras*) cum Rege Syrio ingredienti &
coram idolo corpus flexuro ignoſcat, dederit veniam, quam in ſenten-
tiam viri concedunt doctiſſ. * Sed rectè huic ſe ſententiæ opponun
Theologi ** hocque ipſum noſtra & ſuadet & poſtulat obſervatio. Ce-
terum dum ו iſtud *Converſ.* agnoſcimus vim להוסיף דבר אל דבר con
nectendi vel *copulandi* ei non derogamus; quin & initiis voluminum
ſacrorum, quibus πλεονάζειν vulgo creditur, conjungendi vim haber
exiſtimamus. In talibus enim connectitur vel cum ſubauditis vocibu
דבר i. e. res geſta (unde annales דִּבְרֵי הַיָּמִים res geſtæ annorum
vel עת tempus, v. g. Eſth. I. 1. Res geſta: quæ facta eſt temporibus A-
chaſveri. Ruth. 1: 1. Res, quæ geſta eſt tempore, quo judicabant judi-
ces. Ezech. 1: 1. Res: quæ geſta fuit trigeſimo anno, quarti menſis, di
quinto. Jon. 1: 1. Tempus, quo factum eſt verbum Domini ad Jonam
filium A'mitthai. Vel præcedentem hiſtoriam jungit cum ſequenti, ut
initio Joſuæ, Judicum & prioris Sam. Idem ſentit (quidquid dicat *Rabb*
Sal. in מכלל יופי & *Kimchi*, qui הוי״ו לא תשמש כלום אלא שהוא
התחלה המלה inquiunt) *Abarbanel* Commentar. in Joſ. 1. ſcribens
ויהי אחרי מות משה עבד השם וג׳ו היה התחיל הספור הזה בוי״ו לא להיותן
כן מנהג הלשון כמו שכתבו המפשריש כי אם להסיף ולחבר עם מה
שהשלימה התורה האלהית בו: Et idem ait in Gen. XX. enarratis, qu
ante loquutus Deus erat ad Abramum de circumciſione, de mutation
nominis tum Saræ, tum ſui ipſius &c. quæ omnia filium ex Sara nona
genaria tollendum reſpiciebant, pergens; לכן בערוך ההקדמות האלה
אמר ויהי אחר הדברים האלה והאלהים נסה את אברהם שהיה
הנסיון בבחינת הדברי האלה שקדמו ובהצטרף אלהים היה מצות
העקדה זר וקשה מאוד: Iccircò intuitu horum præmiſſorum ait, ויהי
אחרי הדברים האלה & Deus tentavit Abrahamum, quod tentati
hæc reſpiciat antecedentia, cum quibus quia copulatur, præceptum d
Ligando Iſaaco oppido paradoxum eſt & grave. Itaque nec *Spinoſæ*, qu
tenebrio & aliàs ſpinoſis aculeatisq; ſanctiorem codicem vocibus lanci
nat

** J. Seld. L. II. c. 9. p. m. 252. in de J. N. & G. Zentgr. Sum. J. Div. p. 466. Azorius, Caſtro Palao, Suarez, Amama A. B. L. III. p. 407. add. Bod. de Rep. L. IV. c. VII. p. m. 759.*

*** v. Dorſcb. Tb. Zach. P. I. Diſp. III, c. 6. §. 8. p. m. 83. Digniſſ. D. D. Hochſtetteri, Patroni mei Patris inſtar venerandi Coll. Puſend. Exerc. IV. p. 176. §. 19. Excell. Dn. Præſ. Syntag. de Serm. S. S. Ellypt. p. 18. XIV. ubi poſitis verbis* וסלח נא י׳ *pergit, quod ſcil. in Rimmonis æde me incurvavi. Dilherr. Diſpp. Acadd. XVI. T. I. p. m 480. ſqq & Diſp. XXII. p. 747. ſeqq. add. Goneti Clyp. Tbeol. Tbomiſt. T. III. Tract. VI. Diſp. III, Art. III. §. II. f. m. 533. ſq.*

nat, calculum adjicere poſſum, quando ו copulativum in fronte ſacror. voluminum adparens majoris operis mutilationem arguere contendit. Nec *Huetio* ſubſcribo, qui D. E. Prop. IV. ornatus cauſſa præmitti *p. m. 463. §. VI.* putat. Neque aliis, qui ſuperfluum planè crepant ad modum τοῦ פ Raphati in ling. Iſmaëlitica non connectentis, ſed incoantis tantum ſermonem. Conf. omnino *Brian. Walton.* Adpar. Biblic. *f. m. 99. n. 1.* Nactus heic de ו Ebræorum dicendi occaſionem, unicam eamq; non è puerorum circulis tractam ſubjungo dictis obſervationem. De ו inter axiomata Grammaticorum, quæ ne teruncio in velabro, quod ajunt, emas hoc quoque paſſim comparet: ו ante literas בומ״ף & quamlibet ſchevatam habet ſchurek. Si colligam: Ergo Syllaba Ebræis ſola conſtat vocali, aut ſyllaba incipit à vocali (quod ἄτοπον) quo ſe vertant, neſciunt. Qui quidem א ante ו ſupplendum autumant, illi ſine ullo exemplo reſiduo literam tot ſupplere locis minus eſſe tutum credant. Dixeris itaque potius in ו abſente litera alia & τῷ Schurek non ad præcedentem aliquam literam, ſed ipſum ו pertinente, ipſum ו munere conſonæ ſibi nativo fungi & punctum Schurek in medio ejus per ſe ſtare ut vocalem, adeoq; ו ſyllabam incoare & ſchurek eand. terminare: quo pacto וּמֹשֶׁה legeris Vumoſche וְזָהָב Vuzahab וּשֲׁבֵה & captivam duc, ſi literarum ſequi *Jud. V. 12.* naturam velis. Atque ſic abſurdum illud: Ebræis vel ſyllabam ſola conſtare vocali, vel incoari, licet evitare. conf. *Excell. Dn. Præſ.* Onom. V. XVII. c. 51. p. 691. & illum *Nonneminem* in Exerc. Crit. Literaria Dn. *Danzii* literatorem modeſtè examinantem & rigidè Sect. I. §. II. ad pag. 16.

ויאמר] *dixit.* Congeneres formæ cum א defecto ſcribi ſolitæ ſunt Pſ. 139. 20. יֹמְרוּךָ dicent tibi 2. Sam. 19: 14. תֹּמְרוּ Prov. 1: 10. &c. Rad. eſt אָמַר. (quacum ferè ludunt *Talmudici*, in Kal enim ר Infinitivi, Futuri, Imperativi, quandoque etiam Participii maxumè cum pronominibus pro lubitu abſcindunt vel in א convertunt, ut אֵימָא, תֵּימָא, יֵימָא,* &c.) Occurrunt præterea plures ſignificatus, quos audias apud *Cocc. f. 48. Leigh. f. 9.* Inſolentiores ſunt: *Canere*, vid. *Excell. Dn. Præſ.* Epinic. Deb.** *Permittere*, 2. Sam. 16: 10. ubi non dixit, ut jubens vel licitum faciens, &, ſi audiatur Dn. *Poiret**** dixit eamdem habet ſignificationem atque vox illa, faciam in comminatione Davidi per Nathanem facta à Deo, ut ſenſus ſit, Deum malignitati voluntariæ Semei, eru-

* *vid. Rabbiniſm. Cellar. p. 20. Buxtorf. Lexic. C. T. Rabb. f. 123. ſeq.*

** *p. m. 5. c. 1.*

*** *in Oecon Div. L. VI. c. 6. §. X. p. m. 726.*

ruptionem per linguam ejus maledictam minanti, quatenus de Davidi
perſona agebatur, obices opponere nolle. *Jubere*, Jon. 1: 11. (προσέτα
ξε ὁ) ut Græcos εἰπεῖν pro צוה tùm ὁ, ut *Olear. de Styl. N.T. p. m.* 48. tùi
Euripidem, ut *Pſoch.* in Diatr. Sect. 79. tum ſermonis ſoluti Scriptore
Thucyd. Lucian. Epictetum, ut teſtatur *Gatak. c. 28. p. m. 226. ſq.* uſu
pare conſtat. *Cogitare*, de quo poſt Buxtorfium Coccej. fol. 48. b. ita
אמר **heiſt entweder mit Gedancken/ oder mit der Stimm/ oder durc**
Schrifft eine Meinung in ja oder nein ſtellen. Id verò obtinet, med
ante clauſulâ בְּלִבּוֹ ſedulo adpoſita Eccl. II, 15. hac quippe abſente,
de hominibus ſaltem ſermo ſit numquam ferè non de vocali & ora
loquela intellexeris. Hæc autem Phraſeologia, ut ex jugi Hebraici cod
cis lectione obſervavi, uſurpatur α. de opinione, cui judicium ſupe
ſtruitur Eccl. 2: 15. falſa Pſal. 14: 1. 53: 2. Soph. 1: 12. ſuperba Pſ. 3
25. Eſth. 6: 6. &c. β de judicio facti, ut iniqui Jer. 13: 22. conf. *Lut*
& interrogatione de rei faciendæ vel internoſcendæ difficultate Deu
XVIII, 21. admirabunda, de effectu mirifico Eſa. 49: 21. γ. de volu
tate ſeu deſiderio, ut alius faciat rem, cui ל præfigi ſolet Eccl. III, 1
δ. de deliberatione intus quaſi concluſa cum propoſito illius exeque
dæ Gen. 27: 41. ε. de judicio intus concluſo, & pronunciato quaſi E
cleſ. 3: 17. Zach. 12: 5. id genus judicium quoque exprimitur Eccl.
15. hemiſtich. poſt. per דָּבָר & שׁ rei præfixum. * Quonam autem ſen
verba, *dixit Deus*, h. l. veniant accipienda, nihil dum inter Scriptu
rum interpretes convenit. Sunt, qui dicere idem ſcribunt ſignifica
atque jubere, decernere, ſtatuere, & velle efficaciter, ut aliquid fi
à qua ſententia non divertit *Bechai* in Leg. ויאמר אלהים inquie
ת אמירה היה החפץ ומה האמר נפשך ומה תרצהו תחפץ או יהוה
ענין ויאמר גזר כענין שנאמר ותגזר אומר ויקם לך: quibus Ra
innuit, dicere idem heic eſſe, quod velle, quod ſcil. anima tua velit,
cat & deſideret: vel ſenſum eſſe & dixit, concluſit, quomodo dictu
& concludes verbum & ſtabit tibi. Job. 22: 28. Alii induci Deum e
ſtimant, ſolo verbo & imperio efficientem cœlos, ut adpareat inco
parabilis ejus auctoritas & in res quasvis poteſtas, tam quæ ſunt, qu
quæ non ſunt: præterea ut innoteſcat, quanta Deus celeritate & fac
tate quodcunque vult, valeat perficere, Deoque infinitis eſſe partib
facilius, quidquid fuerit collibitum conficere, quàm eſt homini, ve
id tantum explicare, aut cogitatione fingere. Agnovit id *Aben-Ez*

** conf. Jacob. Guſſet in Comment. L. E. f. m. 79. N.*

f. ſ. c. 2.

qui propter divini operis facilitatem Deum comparat Regi, qui fre-
quenti cinctus famulitio, vel uno imperativo verbo, quidquid ſuſcepit
operis, efficiat. Non habent iſtæ ſententiæ, quod cum divinis literis pu-
gnet. Potiorem tamen ceteris habendam exiſtimo eam, quæ Dicendi
verbum pro *juſſione & imperio* accipit. Hoc ſcil. de rerum Conditore &
Apoſtolus docet Rom. IV. 17. vocat τὰ μὴ ὄντα ὡς ὄντα. & Deus ἐκ
σκότους φῶς λάμψαι εἰπών, juſſit. & Pſaltes Pſ. 148: 4, 5. Cœlorum cœli
Dominum collaudent, כִּי הוּא צִוָּה וְנִבְרָאוּ ipſo dicente factum eſt,
quod factum eſt, ipſo præcipiente vel jubente extitit. Rectè hinc quo-
ad hoc punctum *Philipp. à Limborch* Theol. Chriſt. verbo inquit, de-
notatur omnipotens Dei JUSSUM, quo Deus quidquid vult ſtatim at-
que in momento producit, perinde uti Reges juſſu, imò nutu ſuo o-
mnia per miniſtros ſuos exequuntur: Eadem loquendi ratione ac Jeſus
impios virga oris ſui percuſſurus & Spiritu labiorum ſuorum interfectu-
rus Eſa. XI. 4. & filium perditionis Spiritu oris ſui interfecturus dici-
tur 2. Theſſ. II. 8. i. e. quamprimum os ſuum aperit in momento de-
ſtructurus. Quam Dei δύναμιν quoque agnovit *Dionyſius Longinus* Pal-
myrenorũ Reginæ, Zenobiæ à conſiliis & ſtudiis, in ſuo, cui titulum fe-
cit περὶ ὕψους, libello.* Hoc eſt, nî fallor, quod nec Ebræorum Sapi-
entes latuit, qui decem DEUM verbis, h. e. *decem juſſibus* condidiſſe
mundum adſerunt. Juſſit igitur Deus, ut exiſterent cœli, at, quod alibi
Scriptura inſinuat, per Filium juſſit, qui propterea λόγος τοῦ Θεοῦ ad-
pellatus, Idemque dixit juſſitq; per Spiritum S., qui dicitur Spiritus oris
ejus. Cœli per verbũ Dei facti ſunt, & univerſus earũ exercitus per ſpiritũ
oris ſui. Per verbum inquit, & per Spiritum non tamquam per inſtru-
menta, ut impiè olim Ariani ac Duliani & Sandius cum ſociis Socinia-
nis contenderunt, ſed ut divinas perſonas, Patri Creatori conſubſtan-
tiales. Firmatur hoc aliis Scripturæ locis Joh. I. 1, 2, 10. Col. I. 16. per
Filium ἐκτίσθη τὰ πάντα, τὰ ἐν τοῖς οὐρανοῖς καὶ τὰ ἐπὶ τῆς γῆς, quæ ad-
ſpectu ſentiuntur & quæ oculorum obtutum fugiunt. Eſa. 48: 12. coll.
cum Apoc. I. 17. Levis eſt ratiuncula *Aben-Ezræ* qua *Saadiam* dicendi
verbum ſignificatu jubendi accipientem refellit: אָמַר הַגָּאוֹן כִּי פֵּירוּשׁ
וַיֹּאמֶר וַיִּרְצֶה וְאִלּוּ כֵּן הָיָה רָאוּי לִהְיוֹת אוֹר Exiſtimat *Haggaon*** Vajjó-
mer explicandum eſſe per verbum וירצה, quod ſi eſſet, convenientius
ſcriberetur להיות אור ut exiſteret Lux. Nam in loquutione imperati-
va

L. II. c. 19. §. 12. p. m. 100.

**p m. 50. ſqq. ed. Toll. lat. pag. m. 128. cum Not. Tanaquill. Fabri, add. Grot de V. R. C. p. m. 66. n. 95.*

** *vid. hoc de tit. Leusd. Jon. illuſtr. p. m. 25. n. 14. & Johan. de Voiſin Obſ. in Proœm.*

Pug. Fid. Raym. f. m. 74.

* *add. Raym. P. F. P. III. D. I. c. II. p. 543. §. IV.*
** *Tit. I, c. 305.*
*** *vid. Dn. Löſch. l. cit. III. 3. 3. p. m. 458.*
† *ita Witſ. in Buxt.* ספר קבוצים *p. m. 38. conf. de eod. Cun. de R. E. l. 14. Ziegler. ad Grot. p. 29. Budd. introduct. ad Philoſ. E. p. 122.*
†† *de quo ap. A. Gell. N. A. L. I. c. 15. pag. m. 44.* λαλεῖν ἄριστος, λέγειν ἀδυνατώτατος.
* *p. 5. comm. 1. & n. 3.*

va non opus eſt interjectione ל inſeparatæ particulæ. Per Spiritu
creaſſe Deum cœlos teſtatur quoque Job. cap. 26: 13. & Jeſ. c. 40: 1
13. * Jam facturum me operæ exiſtimabo pretium, ſi quid inter אמר
reliqua, dicendi notione gaudentia, verba interſit, quoad ejus fieri p
teſt inquiram. *R. Iſſach. Ben-Napht.* in Synopſ. Libr. Sohar. ** voc
יספר, יגיד, ידבר, ויאמר ſingulas ſenſum habere proprium adfirmat
col. 251. דבר vocem elatiorem, אמר vero ſimplicem & ordinaria
ait inferre. *** Comodè hæc! quidquid oggranniat in ſuo perplexoru
Doctore perplexus ipſe hærens † *Majemon.* C. LXVI. אמר enim e
utcunque verba facere, non quidem ut vulgus ſolet loquax magi
quam facundus †† prout nonnemo voluit, DEO enim in Scriptur
quoque tribuitur. דבר autem prudenter, ex ordine ††† continuatu
eumque feſtivum Sermonem producere. *Kimchius* opinatur מ
ſemper jungi alteri: quod vix quisquam dixerit, homo dicit, n
alteri jungat, ſed potius homo loquitur &c. דבר autem poni ab
que conjunctione ad alterum. Eſt de cetero hoc maxumè comme
dandum, quod Hiſtoricus orationem relaturus rectam, ea ipſa fo
ma, qua ab loquente proferebatur, utatur verbo אמר: vel, ſi ר
jamdum adhibuerit, eidem אמר ſubjungat orationi, ut rectam refere
dæ, immediatè præfixum. Quæ duo ſi conjungantur אמר finis quaſi o
tionis, quæ דבר vocatur, dici poterit, quod ל ante Infin. notat fine
actus antea deſignati q. d. וידבר & exeruit actiones illas, quibus loqu
la fit לאמר ad pronunciandum ipſiſſima hæc verba: in hanc ſente
tiam, in hunc modũ. Conf. *Excell. Dn. Præſ.* Epinic. Deboræ, * ubi אמר
ait, ſi latina moneta percuſſeris, ſonabit, *his ipſis verbis*, barbarè *h*
formalibus verbis. Dices plus ſimplici vice τὸ דבר ſequitur recta ſi
interventu τῦ אמר oratio, ficulnea ergo ſunt hactenus expoſita. At ve
paucis te, quisquis es, volo, adtende ingenuè me ipſum fateri & o
ſervaſſe: Gen. 41: 17. Exod. 32: 7. 33: 1. Lev. 10: 12. & 19. Nu
18: 8. I. Reg. 13: 7, 12. &c. 21: 5, 6. II. Reg. I. 7, 9, 10, 12, 1
15, 16. Ezr. 40: 4. C. 41: 22. &c. ſine interjecto אמר rectam
citari orationem poſt דבר. At ſodes, nondum, quod aucupabaris,
piſti. Videlicet vel cum ignariſſimis noſces, à ſacris Scriptoribus, q
vel alibi frequentius occurrunt, vel commodè ſubintelliguntur, cui
prudenti lectori ſubſtituenda relinqui: Ergo ex ſolita, quod ἐλλίπ
phi

††† *conf. Leigh. C. N. Inſtr. f. m. 191. videtur enim primigenia ejus ſignifi tio eſſe, ordine quodam ducere, ut Hiph. in ordinem redigere Pſ. 28, 48. Aven. Lex. p. m. 133.*

hraſi ſupplebis. Nec hoc tacitè prætereundum, quod haut raro ipſum אמ vices τῦ דבר ſubeat, & quandoque אמר & לאמר conjungan-ur, aliàs ſine medio, Jerem. 29: 24. aliàs cum medio Geneſ. 21: 2. Præterea poſt לאמר iterum לאמר poſitum legas 2. Chron. 32:16. e Jer. 23: 17. vid. Theſ. Gramm. *Buxtorf.* A דבר verò & אמר per t diverſa in vaticiniis frequentata vox נְאֻם ▭ Gen. 22: 16. primo, & einde multoties in juramento Dei adhibita Num. 14: 28. Eſ. 49: 18. z. 33: 11. Amos 6: 8. ut fortaſſis confirmaretur omnia Dei oracula ramenti vim obtinere, additur hinc vel ipſius Jehovæ nomini ut l. c. en. & Num. Eſ. 1: 24. 3: 15. vel illius, qui ut θεόπνευςος loquitur. um. 24: 3, 4, 15, 16. II. Sam. 23: 1. Prov. 30: 1. conf. *Glaſſ.* χειςολ. Explic. Pſalm. 110: 1. Eſt autem ex quorumdam ſententia Particip. ahul ſemper in ſtat. conſtr. poſitum, quia perpetuo eſt ante nomen centis, nec umquam ſubſtantivo ante ſe habet opus. Adſtipulatur *R. l. Ben Melech* * inquiens: שם ענינו מאמר ואפשר ושהוא פעול סמוך nomen ſignificans ſermonem, poteſt eſſe etiam Pahul conſtructum.** d nihil verius eſt, quam ut dicam eſſe nomen figuratum ex אָמֻן fi-le dictum, quod legitur Deut. 32: 20. ſolitæ gutturatæ mobilis & li-ræ Nun trajectione, neque aliter differt à formis יֵשׁוּעַ, אֵמוּן, אֵבוּם am quod ֻ loco וּ cognati puncti poſitum. Ab hoc deſcendit ver-um וַיִּנְאֻמוּ quod nominis ſui ſignificatum includit. Uti enim נְאֻם ▭ אָמַן conſtans, firmus fuit, derivatum verbum ſignificat, fide digniſ-mum dictũ, λόγον πιςὸν καὶ πάσης ἀποδοχῆς ἄξιον † ita וַיִּנְאֲמוּ נְאֻם ▭ in-rpretandum eſt: Et dicunt ׳ו נְאֻם ▭ veriſſimum dictum eſt Domini. r. 21: 31. quo ſuis vaticiniis divinam conciliant auctoritatem. Conf. *xcell. Dn. Præſ.* On.*** & Auct. Diſſ. de V. E. Fimbr.**** Ceterum ar-iſſimis trium pagellarum circumſcripto limitibus adjicere heic non cet, quæ ſubciſivis horulis privatim ex diverſorum Criticorum mo-umentis à me ſunt congeſta integrum caput Gen. primum non parum uſtratura, ſpeciatim de λόγῳ δι᾽ οὗ τοὺς αἰῶνας ἐποίησεν ὁ Θεὸς *Ebr. I. 2.* † e מימרא דיוי *interpretis Chaldæi, quo de Dn. Jo. Mich. Lang. in Decad. iſp. 7. p. 8. §. XI. in Pentadec. Dorſch. Diſp. II. p. m. 83. quemque idem udat Villalpand. T. II. Expl. in Ezech. P. II. de Poſtr. VI. L. V. Diſp. II. c. 33.*

L. II. c. 16. p. m. 499.

* מכלל יופי *edit. Abendanæ A. C. M. 5445. f. m.* קץ *col. 1.*
** *add. Rabbiniſm. Philol S. ancill. Diſp. I. §. 1. à Daſſov. Witteb. 1674. ed.*
† *1. Tim. 4: 6,*
*** *p. 32. & p. 366, 367.*
**** *Sect. II. p. 8.*

† *Add. Huet. D. E. Pr. IX. c. 77. p. m. 884. ſeqq. Euſeb. Præp. E. L. XI. c. 19. Pic. Mirand. de St. Div. & hum. Ph. L. II. c. 2. p. m. 100. Grot. de Ver. R. C. L. I. §. 16. p. m. 34. n. 7.*

c. 33. †† *add. Dn. Varen. in Gen. p. 130. Loca omnia Targum, qu[ibus p...] verbum intelligit Filium, peculiari libello collegit D. Selneccerus.*

אלהים] *Deus.* quamquam ſuperfluum ferè ſit poſt tot inſigne[s] Philologos hujus nominis Etymologiam indagare, aliquid tn. conar[i] & ex ſpatioſis quorumdam campis præſtantiora legere, quid nocebi[t?] Habe itaque *primam* meam *adſertionem*: אלהים eſt vox Num. Plu[r.] & hoc quidem loco pauciores tribus non inferens. Faceſſat ergo he[ic] *Abarbanel*, qui Singularis id Num. eſſe ait, ſcribens in Leg. fol. 6. c.
[ו]ולם המם שבא בסוף השם אינו מחוייב שיורה על הרבוי כי הנה מצאנו
[אפ]רים כלאים מצרים חושים וזולתם שסופם יו״ד מ״ם ולא יורה על רבוי
[כ]ן נאמר בשם. אלהים שהה״א והיו״ד באו עם שם אל לקדושת השם
[וב]אה המ״ם באחרונה לסלק את השם מהסמיכות ויהיה אם כן שם יחיד:
h. e. Et ſanè ם quod in fine hujus nominis eſt, non neceſſario ſequit[ur] docere illud de numero plurali. Ecce enim invenimus Ephrajim, C[i]lajim, Mizrajim, Chuſchim, ſimiliaque, quorum terminatio eſt ים, n[e]que tamen docet eſſe pluralia. Sic igitur dicemus, in nomine [אל]הים ה & י conjuncta eſſe nomini אל ad ſanctitatem nominis: Extremo l[o]co autem collocari ם, ut removeat nomen hoc à regiminis form[a.] Sic itaque erit Nomen ſingulare. Sed hæc citaſſe, eſt confutâſſe. Oc[u]latior ipſo fuit, Doctiſſ. Rabbi, contribulis ejus *Aben-Ezra* ingen[ue] faſſus: [א]ין שמצאנו אל אלוה בלשון יחיד ידוע שאלהים הוא לשון רבים: laudante hæc verba *Seb. Schm.* F. D. 1. M. I. Th. 3. p. 17. Faceſſat er[go] cum Danæo, Mercero, Riveto, Pareo, Druſio &c. Calvinus, infauſ[tus] Fauſtus Socinus, it. Toſtatus, Cajetanus, Sixt. Senenſis, Pagninus, B[el]larminus, Vaſquez &c. Faceſſat cum deformi ſua ſobole aliisque turb[i]nibus Photinus, qui, quam infirmo nitantur tibicine, oſten[dit] *Schmid.* l. c. p. 17. ſqq. *Hotting. Walth.* Spic. Contr. 28. P. II. * *Exc[...]* *Dn. Maj.* Diſſ. S. p. m. 136. §. 29. ſqq. quem deformibus ſuis obdu[...] buccis colorem Rakov. Rect. Gymn. *Crell.* deterſit Digniſſ. Dn. *Oſia[nder]* de Nom. D.** Ego contra ὑποπίπτοντας ad unum omnes hunc in modu[m] colligo: quodc. Nom. *α.* gaudet ſingulari אֱלוֹהַּ ejusdem rei ſignifi[...] t[...]

†† *inprimis hiſt. Converſ. R. Jo. Sal. VI. congr. Bot-ſacc. Gedan. D. cum 37. Demonſtr. a. 1660. Item Joh. Cler, Animadverſ in 18. Comm. I. Cap. Johannis, IV. poſterioribus libris Moſis præfixæ f. m. 7. ſqq. EJusd. Ars Crit. vol. I. c. 14. §. 11. pag. m. 425. ſeqq. Epiſt. Crit. Ep. VIII. p. m. 256. ſqq. Raymund. Pug. fid. P. III. Diſt. I. c. 4. & Diſt. III. c. 1. præcipuè §. 11. p. m. 629. ſeqq. Galat. A. C. V. Lib. III. c. 4. ſqq. p. m. 116. ſeqq. Rittang. Libra & Nott. ad libr. Jezirah, inprimis pag. 36. Bilibra Verit. & Rat. de* מימרא דיי, *libræ Rittangelii, & Appendix. ibid. p. m. 315. J[...] Joſepho de Voiſin & Raymundo oppoſita cum diſceptatione à p. 3. ad p. 64. Freiburg. una 17[...] ed. de quibus vid. omnino Cler. Ep. c, pagm. 277. ſeqq. It. Panacca Hoffmeiſteri Tigur. p. 18. & 36. ſqq.* * *p. m.* 109. *ſeqq.* ** *Ex.* I. *p. m.* 31. *ſeqq.*

vo & pluralem faciente אלהים, ut תְּאֹם facit תְּאֹמִים Vav pro mo-
e vocum גְּדֹלִים, גִּבֹּרִים, גְּבֹהִים extruſo. (usque eò neceſſum non
ſt, cum *Hieronymo* ad Marcell. de Nom. D. pro duobus diverſis Dei
ominibus hæc habere. vid. *Gatakerus* de N. Inſtr. Stylo) β. cum ver- C. III. p.m. 28, ſq.
is ſtruitur pluralibus Gen. 20: 13. 35:7. Exod. 22:9. II. Sam. 7:23.
. cum adjectivis Pl. Joſ. 24: 19. I. Sam. 17: 26, 36. Jer. 10: 10. cum
articip. שֹׁפְטִים Pſ. 58: 12. δ. patitur adfixionem, quæ fit excluſo ם
l. cum præced. puncto, manente י numeri multitudinis indice, & ad-
itis adfixis mediantibus punctis iis, quæ ſibi præmittunt, quum jun-
untur pluralib⁹ אֱלֹהָיו, אֱלֹהַי, אֱלֹהֵינוּ, אֱלֹהֶיךָ, אֱלֹהַיִךְ illud pro Pl.
gnoſcendum omnino eſt. Sed אֱלֹהִים &c. De Sing. autem eò minus,
pinor, ſuborietur dubitatio, quo frequentius in ſ. literis, np. *quinqua-*
ies & ſepties, occurrit; legitur enim præter Hab. 1: 12. 3: 3. Deut. 32;
5, 17. Pſal. 18: 32. Pſ. 114:7. in ſola Jobi Hiſtoria juxta quoſdam
uadragies, equidem inveni tantum *tricies & ſepties:* * Pluralis a. occurrit
is mille & quingentis circiter vicibus. De cetero non probem *Senten-*
iarum Magiſtri 2. diſt. 1. Pauli Burgenſ. Nic. de Lyra, Galatini, Eugub.
Catharini à *Joh. Buſtamantino* in Hiſt. Animal. S. S. ** laudatorum, alio-
umque per quam oppidò plurium ſententiam, qui Trinitatem ex uno
olo Pl. extorquere contendunt, plures tamen duobus illo denotari ex
Scripturarum collatione certum habeo atque exploratum. Nota *Majm.*
ox eſt: אין אלהים פחות משנים. Jam verò ſi pluralitas ־ד אלהים
d duas fuiſſet perſonas reſtringenda, dualem אֱלֹהַיִם dubio procul
acer adhibuiſſet Scriptor: id autem cum factum non ſit, totidem fere
um *Majmonide* verbis ajo: אין אלהים פחות משלשה Accedit,
quod *Iſacides*, vel ut vulgo (ſed malè Abbreviaturam propriam רש״י
um *Leusdenio* † explicant,) *Jarchius* dicit: אין משפט פחות משלשה
udicium tribus minimum viris conſtat. Qui numerus, niſi com-
letus ſit, non congruit ei אלהים; dicente *Gemara Babyl.* ††
מנין לשלשה שיושבים בדין ששכינה עמהם שנ׳ בקרב אלהים
ישפוט Unde conſtat, tribus in judicio conſidentibus adeſſe div. Maje-
ſtatem? Reſp. è dicto illo, ††† Deus judicat in medio אלהים Nam uti
Jarch. in h. l. אין בית דין קרויים אלהים אלא בשלשה Synedrium
non vocatur אלהים, niſi tribus conſtet judicibus. Unde ſanè conſtat,
Judæis vett. fuiſſe perſuaſum, quod אלהים non perſonarum modo

B plu-

* 3: 4. 4: 9, 17. 6: 4, 8, 9. 9: 13. 11: 4, 6, 7. 12: 6. 15: 8. 16: 21, 22. 19: 6, 21. 26. 21: 9, 19. 22: 12, 16. 24: 2. 27: 3, 8, 10. 29: 2, 4. 31: 2. 33: 12, 26. 35: 10. 36: 2. 37: 15, 22. 39: 17. 40: 2.

** *Lib. I. c. 9. p. m.* 122. & *L. II. c. 9. n.* 73. *p. m.* 430.

† *Jon. Ill. p. m.* 20. *vid. Acoluthus Aq. Am. p.* 2, 3, 4, 5. & *Richard. Simon. H. C. V. T. poſt L. III. in Cat. præcip. Ed. Bibl. p. m.* 128.

†† *Tr. Berach. f.* 6, *col.* 1. *med.* ††† *Pſ.* 82: 1.

pluralitatem, ſed talem omnino pluralitatem inferat, quæ ad minimũ tribus abſolvatur. conf. *Eliez. Edzardi* in Avod. Sar. *IIda Poſitio:* Fruſtra ſunt, qui vocis אֱלֹהַּ incunabula vel in ſpatioſis Arabum campis venantur, vel ex aliis voculis, quam הוֹה & אֵל combinant. Ex Vett. Dievius, Erpenius huncque ſequutus Tarnov., Lud. de Dieu, Glaſſ. Sixtin. Am. Pocokius, & quis non? ex recentioribus plerique omnes in Arabũ ﺍﻟﻪ (ut Æthiopes à מְלַךְ colere, Deum vocant אַמְלָךְ) originem noſtri אֱלֹהַּ quærunt: quum tamen ipſi Arabes mirum in quot opinionum divortia abeant. * Cur ſecus, quàm illi, ego ſentiam, cauſſæ ſunt ſeqq. α. quod præcipuam matris vocem ineptè in filiæ natu ferè minimæ hoſpitiis quæri arbitror. conf. *Fuller.* ** Dn. *Michaelis* *** β. quod אֱלֹהִים longè antiquius eſt ipſo Arabiſmo, conf. *Excell. Dn. Præſ.* Onom. S. **** γ. quod ipſum potius ﺍﻟﻪ à אָלַהּ ab אֱלֹהַּ quam hoc ab iſto deducendum arbitror, planè ut aliæ linguæ gaudent verbis ex rei cujusdam nomine deductis & vel actionem vel paſſionem illi rei convenientem indicantibus †. Neq; obſtat, hanc quod radicem Ebræis quidem fuiſſe familiarem dicunt, poſtmodum verò per rariorem uſum periiſſe atque apud Arabes ſolos uſurpari cepiſſe, quum minus credibile ſit vocem ab Adamo, Noacho & Abrahamo frequentatam ſolis Arabibus eſſe relictam, Ebræis præſertim aliam, quæ cultum æquè ſine tropo exprimat, habentibus nullam. Nec veroſimile eſt Ebræorum gentem annis bis mille & amplius hoc nomine carentes, poſt Abrahami & Nachoris ætatem, qua exoriri Arabes ceperant, ex lingua ipſorum Dei vocabulum mutuaſſe. Eorum derivatio, qui אֱלֹהַּ ab אלה Ebræo arceſſunt, eo corruit faciliùs, quo eſt firmior obſervatio, quod ה *quieſcens in mobile numquam migret.* Etenim *Maſoretharum* indicio ſcimus ה duodevicies cum ה otioſo permutari. conf. *Excell. Dn. Præſ.* †† Ejusdem autem ex otioſo vel quieſcente in mobile converſi exemplum exſtat nullum. Neq; verò res convenit, quoties enim cumq; ſuum Deus offert aut firmat fedus cum hominibus verbo הַעִידֹתִי vel הִשְׁבַּעְתִּי numquam בְּאלה eos adjurat. Tum, אלהים cum homine conſtructum oſtendit Dei favorem & fedus gratiæ Gen. 17: 4. & quoties ipſi junguntur ad-

fixa

n. 19 pag m. 196.

* vid. Dign. D. Oſ. l. c. §. 9. p. 25. Hotting. de N. D. tàm ἐγγεγράφοις, quàm ἀγράφοις §. 9. lit. B. p. 17. quo pertinet Amamæ & Glaſſ. perperam à Jo. Fabritio caſtigatorum vindicatio in Miſcell. Hiſt. Crit. Henrici Häners §. XIII. Jenæ 1674. ed.

** M. S. L. 1. c. 6. p. m. 52. ſeqq.

*** Hiſtor. Ling. Arab. p. 5. §. 3.

**** p. 165. ubi de Ling. Arab. orig.

† vid. Oſ. l. c. p. 26. Cocc. Lex. fol. 36.

†† *On. S. p. 254. & p. 395. quibus in locis ad voces* חרהיה, שמהות, פרהאל *reſpondet doctiſſimè.*

ixa ſalutaris eſt fiduciæ teſtimonium, (eſt hæc *Altingii* obſervatio) quod repugnaret, ſi à maledictione derivaretur. Denique cur non à precibus, laudibus, gratiarum actionibus perpetuo exercendis ſibi potius voluit Deus imponi, ſiquidem à cultu voluit trahere, nomen? Iterum inſuper iterumque commendandum judico, quod, licet אֱלֹהַּ Deus ab adoratione aut juramento eſſet dictus, ejus tamen ſignificatio per id nequaquam limitaretur, quum id eum, abſtractis omnibus reſpectibus, totum, in quorumcumque adtributorum conſideratione, ſimpliciter, quatenus hoc aliquid eſt, deſignet. Ita שׁוּר utut ab adſpectu, † שְׁלֹמֹה etiamſi à ſummo otio & pace altiſſima * tractum, tamen totum, quantus quantus eſt Salomonem in ſaga etiam aliisve ſpectatũ negotiis notat. Quum itaque omnes, quotquot ex veteribus adferuntur, derivationes cum quibusdam difficultatum tricis conjunctæ ſint, non poſſum non exoſculari planè atque venerari recentiorem *Excell. Dn. Præſidis* tùm oretenus mihi *privatis in Collegiis* luculenter probatam, tùm in *Diſſ. ad Job. XIX. p. 13.* hiſce inculcatam: אֱלֹהַּ D. T. O. M. nomen aliàs oſtendimus componi ex vocibus אֵל & הוֹהַּ, quorum illud primum, hoc verò exiſtentiam notat, q. d. primum eſſentia. add. Eſ. 41: 4. 44: 6. Col. 1: 18. Eph. 4:21. Quod ipſum fuſius oſtenditur in Tr. ſæpius laudato ** V. VI. אֵל autem deſcendit ab יאל in Hiphilico typo frequentato, quod in omnibus ſuis derivatis primitatis rationem habet***, & ſignificat in אלה non fortem, ſed primum. הוֹהַּ ex rad. היה ut נוֹהַּ à נהה Joth enim ר״ת היה ex ה natũ **** redit in primigeniam ſuam, quoties mutationis cauſſa ceſſaverit. Addo denique *Poſitionem tertiam*: אלהים reſpondet conceptui Infinitatis vel Æternitatis, neq; eſt nomen ſpeciei, in qua ſingulares Dei per individualia nomina diſtinguantur, neque ſubjectivè vel Angelis, vel judicibus poteſt adtribui. אלהים non eſſe ſpeciei nomen, ut varios notet Deaſtros & idola, patet tum ex eo, quod pro ſolo vero Deo illud ante idolorum fictionem eſt formatum: tum, quod eſt naturæ nomen, cui eſſentiale eſt unicum omnique alii Enti oppoſitum habere ſingulare; tùm, quod ſtilus V. fœderis id poſtulat, uni illud tribuens atque ab ejus participatione omnes alios excludens, Deut. 4: 35. 1. Reg. 8: 25, 60. 18: 21, 24, 39. יהוה הוא האלהים ut declaretur eum eſſe Deum excluſis idolis. Quod denique Dii ſe ad Deum non habent, ut contenta ſub communi ſpecie, ſed potiùs ut verum & falſum. Enimverò, quamquam in ἀποθεώσει iſthac idolorum cultores de ſuis deunculis

in Diſſ. Phil. IV. c. 4. p. m. 180. §. 4.

† *nihil me movet Boch. à* שרר *deducens, vid. Excell. D. D. Maj. in ſuis ad Cocc. Supplem. f. 121. ad p. 874.*

* *ita Excell. Dn. Præſ. l. c. p. 455. ſqq.*

** *p. 253. ſqq.*

*** *ut oſtendit p. 254, 255*

**** *diceretur enim, ſi per coagmentationis Leges licuiſſet,* הָהָה. *rationem v. l. c. V. II. p. 23.*

culis

culis ideam ſibi quamdam Dei forment, divinaq; illis adtributa, ut cult
Dei verus vero Deo, adſignent, fit tn. ita אלהים neutiquam pluribu
ſubjectis ſpecie diverſis, commune; quum à conceptibus homuncionu
iſthorum abſurdis & uſurpatione temeraria non pendeat vocum pro
prietas, nec auri notio ſtatim ſub ſe comprehendat verum & falſum au
rum. Itaq; tum ſaltim אלהים de idolis ſumendum, quando pagani ho
mines loquuntur, vel ex eorumdem judicio ſermo inſtituitur. De an
gelis autem, quò frequentius, eò capitur à quibusdam ineptius. Ho
faciunt *Rabbini*, hoc alii *Rabbinis* interdum *Rabbiniores*. Sic v. gr. Ge
1: 26. torquent Arabs, Samaritanus, Perſa, ſic Aben-Ezra (vertens צרי
עולמות) ſic Chaskuni, cujus commentationem habet Acoluth. † Eg
ne albi audiam prodigus, plures alios Judæis adſtipulantes adducer
ſuperſedeo, quum præſertim, quidquid adferri poſſet, in unum coll
tum locum reperire ſit apud Slevogt. †† De Judicibus vulgata eſt Rab
binorum אלהים inter & τετραγράμματον יהוה diſtinctio, qua להים
dicunt eſſe מִדַּת הַדִּין * judicii & יהוה ex adverſo מִדַּת הַרַחֲמִים vi
omnino locũ ex שערי אורה apud Buxtorf. Lex. p. 30. *R. Sal.* miratu
Exod. 14: 19. dici: & profectus eſt מלאך אלהים quum alioqui ſem
per dicatur מלאך יהוה reſpondet: אין אלהים בכל מקום אלא דיין d
cet itaque Iſraëlem tunc quaſi coram judice fuiſſe conſtitutum, ut lib
raretur, vel periret cum Ægyptiis. *Majm.* in M. N. P. I. c. 2. ירע inqu
ל עברי כי שם אלהים שם משתתף לשם ולמלאכים ולשופטים
ולמנהיגי המדינות ſermonem hac de re inter R. אֶלְעָזָר & R. שִׁמְעוֹן
Zohar in Lev. ſect. אחרי מות col. 116. lege ſis apud *Buxtorf.* in Pra
Gramm. Chald. & Syr. L. II. p. m. 448. ſuccinit *Grotius, Buxtorf.* Le
Talm. f. 94. *Rivetus*, *Crellius* & ſexcenti alii. Σπερέωμα ſententiæ qua
runt in frequentiore vocis adplicatione. At enimverò qui loca, in qu
bus Deus, vel ut jubens, vel ut exequens judicium ſe habet, luſtrabi
quantum illi errorem errent, pervidebit. Equidem expenſis omnibu
ferè Scripturæ locis, quibus vel τετραγράμματον vel voc. אלהים expr
mitur, DEI nomen exiſtimo indifferenter ſe habere ad judicandum,
licet res ſub ejus nomine propoſita ſit judicium, Eum tantum deſigna
ri ut Ens, quod inter reliqua & hoc habeat adtributum, quo refracta
rios coërcere poſſit.

יְהִי] *fiat*, radix eſt היה *fuit*, vel *manſit:* Quo Græcorũ ποιεῖν videtu

refe

† *de Aq. Am. Proem. p. m. 2. n. f.*

†† *Diſſp. Acad. XXI. pag. m. 481. ſeqq.*

* *De tribus & decem vel etiam decem tãtum* מרות *Ebræorum vid. Raym. l. c. P. II. D. I. C. IV. p. m. 501. ſeqq.*

* *iccircò illis videre Deum, eſt Dei judicium & ſeveritatem experiri, nam ſic interpretantur Job. XIX. in Bibl. Germ. Amſtelod.* und von den *Jiſſurim*, das iſt / von den Straffen / von meinem Fleiſch ſech ich das *Miſchpat* von GOtt. *conf. Excell. Dn. Præſ. ad l. c. p. 5.*

ſerendum, quod pro vivere ſolent adhibere, v.gr. *Euripidis Scholiaſtes:* ιαυτὸν, inquit, ποιεῖν ἐκτὸς τῆς πατρίδος, Can. XI. *Concilii Nicæni*, Τρία η ποιήσουσιν ἐν ἀκροωμένοις, quod *Gregor. Nyſſ.* Can. IV. ἐν ἀκροάσει ...μεῖναι in auditione permanere, dicit. Interdum etiam *manſit*, v. g. Pſ. XXXIX. 36. זרעו לעולם יהיה. LXX τὸ σπέρμα αὐτοῦ εἰς τὸν αἰῶνα με-..., & *Lutherus*, unde vigeſies interpretatus eſt, bleiben, quæ obſervatio t *Excell. Dn. Præſ.** Futurum ejus eſt אֶהְיֶה Ex. 3: 16. אהיה אשר אהיה o, qui ero, quod paraphraſticè in *Schemoth Rabba* Ex. III. Par. III. a redditur: אני שהייתי ואני הוא עכשיו ואני הוא לעתיד לבוא i. e. c eis ego, qui fui, & ego idem nunc, & ego idem in futurum. LXX. γὼ εἰμὶ ὁ ὤν. Vertas etiam, Ego ero, qui ſum, idem ſcil. ille ac immubilis Deus, ἀυταυτός, qui alium non habet, qui cum comparari poſſit, ſi cum ſe ipſo, nec umquam à ſeipſo diverſus eſt: juxta illud אני י׳ לא שניר Jehova ſum, non mutor, Malach. 3: 6. Jure autem heic meri-que reprehendendi, qui cum *Crellio* verbum אהיה cum πετραγραμ-άτῳ nomine יהוה, confundunt, & Jiveh, aut Jeheveh pronuncian-um contendunt, quibus brevibus adcuratiorem radd. inveſtigatioem, τοῦ היה & הוה & punctationis item obſervationem commenda-nus. Aſperius notandi ac vituperandi, qui explodunt ſententiam pro ...ρωνυμεύτῳ, & proprio nomine Dei habentium, ac Deum *inquiunt*, Moſis quæſtionem potius caſtigare, q. d. non eſt, quod nomen meum uæras, quod nullum hactenus mihi tribui, is ero Iſraëli Deus, qui ero, uocunque me nomine appellitent perinde eſt, dicito te miſſum eſſe à Deo אשר אמר אלי כאשר שאלתי שמו אהיה אשר אהיה האלהים ההוא שלח qui dixit mihi, quum rogavi nomen ejus, Ero qui ero, is Deus, inquiens, miſit me. Adjiciunt alii, ut tamen Ebræorum me imecillitati adcommodem, vocabor, quando quidem nomine proprio ocare me volent, Jehovah, quæ ultima verba ſunt *Philonis*, ** Ἐὰν δὲ ...σθενέστεροι τὰς φύσεις ὄντες, ἐπιζητῶσι προσρησιν, δήλωσον αὐτοῖς μὴ μόνον τοῦθ' ὅτι Θεὸς εἰμὶ, ἀλλ' ὅτι καὶ τριῶν τῶν ἐπωνύμων ἀνδρῶν ἀρετῆς, Θεὸς Ἀβραάμ, καὶ Θεὸς Ἰσαάκ, καὶ Θεὸς Ἰακώβ. Reclamat huic expoſitioni ...ſa conſtructio, (conſtruitur enim planè ut nomen Nominativi caſus, rædedit אמר quis dixit? der Ehejeh / qui hujus orationis ſubjectum ſt) ut & uſus Ling. Ebr. utpote quæ aliàs à futuris nomina propria forare amat. v. g. Prov. XXX. 1. אָגֻר à quo Jake doctrinam ſanctam raditionem de filio Dei accepit. (ibidem v. 2.) nomen ſuum trahit ab

* *in Onom. Sacr. V. VI. 248. & 249. add. Coccej. Lex. f. 178. & Gen. 27: 33. Pſal. 37: 18. Job. 6:10.*

† *vide etiam quæ Calov. in Theol. Nat. & Rev. pag. 255, 262, 264, 268. ex Rabbinis & Patribꝰ tradit, ubi α. ſummam ſubſtantialitatem, ait, importare, noſtrum* אהיה. *β. abſolutam incommunicabilitatem. γ.* αὐτουσίαν *&* αὐθυπαρξιν *divinam, δ. ſimplex Dei eſſe, ε. Originem creatarum rerum à Deo. ζ. veritatem Dei.*

 אוכל

** *l. 1. de vita Moſis.*

*conf. ſæpius laudatum Onom. V. V. p. 144. & V. XIV. 546. voc. ll.

אוכל prævalebo, potero, quod fut. à יכל potuit*. Nec aliæ rationes m... verunt *Piſcatorem*, ut verteret: Da ſprach GOtt zu Moſe: Ehej... dann ich werde ſeyn/ und ſprach/ alſo ſoltu ſagen zu den Kindern ... ſrael/ der Ehejeh hat mich zu Euch geſandt. Nimirum tale fuit voc... bulum אהיה *Ehjeh*, quod exactè vim nominis יהוה exprimeret, & qu... auditum Iſraelitis in memoriam vocaret patrii Dei nomen. Nec en... illa ſignificatu differunt. Etſi enim vox אהיה futuri formam refer... nihil tamen impedit, quo minus eum ſignificet, qui notatur nom... יהוה. h. e. ex D. Joannis expoſitione, ὁ ὢν, καὶ ὁ ἦν, καὶ ὁ ἐρχόμενος. ... laudato *Onomaſt. S.* l. c. verbum אהיה exponitur per verbum man... quod & ipſum, ſine præteriti, præſentis, & futuri intelligentia cogi... nequit. Qui enim manet, non mutatur, ab eo qui fuit; nec ab eo, ... eſt, quique fuit, mutari poteſt. Quod ad ſtructuram vocum in Apo... lypſi adtinet, aurem à nobis haut quidquam exprocabitur *Eraſmus*... ſenſus habitam heic planè nullam eſſe rationem queſtus, neque *Gag... jus*, qui Solœciſmum Græco impingit textui, nec *Gilbertus Genebrar...* Apoſtolum heic σολοικίζειν adſerens, Comm. in Pſ. 120. ** Neq; tan... omninò arbitror negligenda, quæ Dan. Heinſ. Exerc. in Apoc. c. ... f. m. 630. adfert, cauſſæ, inquiens, nihil cur heic ſe quiſquam fati... ἀπὸ τοῦ ὢν, h. e. λεγομένου. Singula enim quod & alii notarunt, ta... quam propria expreſſit nomina, Nomen ergo ἦν, ut ante ὢν; ὁ ἦν, e... λεγόμενος ἦν. Hæc quippe cum Grammaticorum præceptis, & v... rum, inprimis *Procli in Plat.* Theol. l. II, loquendi more adprimè c... venire oſtendit eruditè *Stolberg.* in tract. de Soloec. & Barb. N. T. c... §. 9. *** De arcanis in אהיה noſtro, inſignis exſtat locus *Galatini* de ... C. V. L. II. c. 14. p. m. 91. ſq. ex. ספר התגין. h. e. libro de literis, co... nis & apicibus, quæ ſupra ſcribuntur literis libri legis, *R. Abrah. P...* (cujus *Ephodeus* quoque meminit in Gramm. ſua. vid. *Buxtorf.* Lex. T... mud. f. 2562.) ut docet *Jo. Buxt.* in Bibliotheca Rabb. p. m. 419. ... divinis אהיה noſtrum nominibus poſuiſſe Rabbinos, patet ex iis, ... in Diſſ. de עליון & צבאות §. 2. ex Tr. Talm. Sopherim adferuntur. ...

** quem aliàs in Annot. Act. 10. pag. 316. ſe S. S. Solœciſmorum adcuſantibus adgregaſſe miratur Glaſſ. Præf. Rhet. p. m. 22.

** conf. Dilherr. T. I. Diſſ. Acad. p. 89. T. II. p. 335. ſeq. cui, ut legenti patebit, adſtipulatur, Jo. Crojus in obſervat. in N. T. C. 34. p. m. 263.

וַיַּעַשׂ] *& fecit.* rad. עשה quæ latius patet, quam ut expli... heic ſufficienter poſſit: notio enim ejus rem tum moralem, qu... phyſicam, per cauſam ſive primam, ſive ſecundam, quoad ſubſtanti... vel hoc illudve accidens & modum, quæ antea non fuerat, aut ſal... non ita fuerat, producendi, in ſe generaliſſima eſt, variè tamen & ...

*** add. Cl. Oſtermann. in Poſit. Philol. Gr. N. T. text. concernentib. §. 7. 8. 9. 10. 11. 12. ſpeciatim Olear. de Styl. N. T. p. m. 108. §. 26.

v...

ſè lectorum cogitationes pro ratione circumſtantiarum orationi in-
arum modificat. Non vacat iſta prolixius declarare, quibus de re-
ſpeciatim hoc verbum in S. S. numquam uſurpatur. Hoc quidem
meſticum ei eſt, ſignificare adparatum animalis, vel in cibum, Gen.
7, 8. ubi *Kimchi* לְתַקֵּן & II. Sam. 12: 4. vel, quod frequentius, in
rificium, planè ut *Lat.* facio. Sic *Virg.*

Quum faciam vitulâ, pro frugibus ipſe venito.

c ſolam præparationem ad actum, ut Jud. 6: 19. vel id, quod pro- *Conf. Nizol. f. m. 576. & Ant. Schorus in facio.*
nè actum præcedit, ut in ſacrificiis נַתַּח 1. Reg. 18: 24. ſed ipſum
pque actum Ezech. 45: 22. denotat, additis perpetuo beſtiarum &
rificiorum, (vel in antecedentibus, vel in ſequentibus) nominibus:
c noſtro in loco non conſervationem rei (quæ alibi non malè ei tri-
tur à *Kimchio* in ספר שרשים ad לעשות dicente: Interpretatio
is לעשות eſt, ut conſervet ſe ab hoc die & in poſterum. Quo vult
ere, quod creaverit omnes & ſingulas ſpecies in ſpecie ſuâ à nunc
; in omne ſeculum) ſed perfectionem vel productionem Entis, cujus
planè, vel aliquatenus ſimile antea jam extitit. Hoc planũ fiet, ſi conſi-
averis, quid à propinquis verbis differat. Neminem, opinor, præterit,
AbenEzra ברא, יצר, עשה. diſtinguat ad Eſa. 43: 7. commentatus:
gloriam meam creavi בראתיו adjicit. h. e. produxi illud ex nihilo
ns, (ut ſit aliquid,) quoniam nihil erat, ex quo creari potuiſſet: for-
vi illud יצרתיו h. e. formavi formas ejus & virtutes ejus, עשיתיו
illud, h. e. illud præparatum & adaptatum in ſpecie eſt. At, ſi ad
um rem reſeces, hæc κρίσιν adcuratiſſimam nondum ſapiunt, dicen-
n ergò ברא, quod numquam in Scr. S. reperitur cuiquam, præter-
m Deo adtributum, in ſignificatione creandi, notare in Kal, virtute
nita rem, cui ſimilis * adhuc erat nulla, (α) à non eſſe ad eſſe, Scalig. ** hanc verbi proprietatem obſervat Abarbanel in Hottinge-ri ἐξαημέρῳ p. 237. conf. Witſii Oec. fed. l. 1. c. 7. §. 26. Jacob. Guſſet l. d. f. m. 147. E.*
rc. VI. 2. vel ex nihilo, vel ex præjacente materia producere. Cui
pondere volunt κτίζειν, quod 1. productionem ex nihilo æquè ſi-
ficet v. g. Baſil. Ep. 141. μία, inquit, καὶ πρώτη κτίσις ἐςίν, ἡ ἀπὸ τῦ
ὄντος, εἰς τὸ εἶναι παραγωγή. Photius. cod. 277. p. 1557. ex Chry-
. Hom. I. in 1. Cor. 5: 17. quæ habetur T. VIII. p. 148. κτίσις, ait,
ῇ γραφῇ λέγεται, ἡ ἀπὸ τῦ μὴ ὄντος εἰς τὸ εἶναι παραγωγή. ἐκποιεῖν
εὸς τὸν ὀρανὸν, τῦτ' ἐςιν, ἐκ τῦ μὴ ὄντος ἐργάσαϑαι. II. Ex materia
ejacente, quod in vulgus notum eſt. III. Novum aliquid & inuſi-
tatum

* *add Seb Schmid. Colleg. Bibl. II. pag. 86. laudante locum B. D. Reuchlin. in Diſſ. de Creat. Nov. §. 3. p. 3.*

tatum præſtare, *κτίσμα κτίζειν.* * At ſi uſum ſpectes τῶν ὁ, intellig
quod τὸ ποιῆσαι, ut nonnemo, τῷ κτίσαι ταυτὸν ἐστί. יצר eſt materiæ ſu
jacenti formam inducere, ut figulus, (figulorum enim proprium e
Buxt. Lex. pag. 331.) argillæ formam, quamcunque vult, imprimit. I
duplici יי, Gen. 2: 7. vid. Mercerum. Quibus adde פעל, vices τῦ כון
plurimum ſuſtinens **, quod machinationem vel molitionem agen
rationalis, Dei, angeli, hominis infert, ut itaque עשה ſit genus quo
dam, פעל ſpecies ſubalterna, involvens proprietatem brutis inco
municabilem, ברא ſpecies ſpecialiſſima, ad vim divinæ actionis reſt
cta. Et ſi adcuratiſſimè loquendum, עשה notat creare, materia pr
exiſtente nulla. Gen. 1: 31. creatum deinde ad exemplar ideæ in an
mo hærentis figurare, & tandem, ut vas figulus, externè præparare
adaptare. Adde, quod עשה, יצר, ברא Gen. 1: 26, 27. & Gen. 2:
de ſolo homine uſurpetur. †

** vid. omnino Heinſ. cum Nonni metaphr. in Joan. c. IX. p. m. 102. ſeq.*

*** conf. Glaſſ. p. m. 1910.*

† vid. ſi placet, Gerhard. Joh. Voſſ. in Theſ. Theol. & Hiſt. th. 1. p. m. 1. 2. diſt. & div. Theol. Hackſpanii ex edit. Conr. Dürrii p. m. 101. ſeq.

(α) Id adcuratè à Moſe mundi creationem recenſe
te obſervatur, proinde quod inter ברא & עשה intercedat diſc
minis ἀκριβῶς docetur. comm. 21. adhibetur ברא de תנינים
diſtinctis ab omnibus, quæ in prioribus commatibus enumerantu
Comm. 27. de Hominis creatione, quippe qui ante ſui productione
quicum contendatur, non habuit. De noſtro autem רקיע non רא
ſed עשה, tum enim jam quædam ſubſtantia ſuper abyſſum, perin
ac nunc cœlum, fuerit expanſa, expanſo noſtro ſimilima, oportet, q
receptivum אור, lucisque privationis חשך fuerit, quum ſubjectum
nebrarum & lucis nihilum eſſe nequiverit. De luminaribus IV. d
non ברא ſed עשה tantum dicitur, quod non ut res nova, ſed ſimi
illi, quæ prima illuxerat die, cenſeretur, com̄. 25. dicit ש חית הארץ
non ברא, quia propter ſimilitudinem cum piſcibus, qui præceſſeru
non ut nova Entia æſtimabantur. Licet tamen de partibus creatio
alias עשה, aliàs ברא uſurpetur, tota tamen creatio per ברא erprim
mitur.

Conf. Guſſet l. d.

(β) Quo pertinent illa *Nachmani* ן אצלינו בלשון
הקדש בהוצאת היש מין האין אלא לשון ברא: non extat apu
nos in lingua ſancta verbū, quo productionem alicujus ex nihilo ſign
ficamus, niſi ברא. Et reprehenſio Aben-Ezræ in Gen. 1. כי המפרשים
מרו שהבריאה להוציא יש מאין וכן אם בריאה יברה ה׳ והנה שכחו
ברא אלהים את התנינים ושלש בפסוק אחד ויברא אלהים
את האדם וברא אור חוה הפך האור שהוא יש: i. e. multi interp

dixerunt, quod creatio ſit eductio ſeu productio rei ex nihilo & ſic
n. XVI. 30. אם &c. & ecce obliti ſunt illius. Gen. 1: 21. ויברא &c.
er in verſu uno nempe Gen. 1: 26. ויברא. Eſ. 43. 15. ויברא & crea-
tenebras, quæ aliquid ſunt, quod opponitur luci, quæ eſt aliquid
Ens.

ויקרא] *Vocavit autem* קָרָא eſt *advocare, accerſere.* Item *voce ſi-
care*, vel *nominare*, quo nonnulli trahere conantur illud Gen. IV.
אז הוחל לקרא בשם יהוה. interpretantes tunc ceptum eſt voca-
e nomine Dei, vel tunc cepit nomen יהוה hominibus tribui, &c.
e Jacobus Boulduc Cappucinus L. I. C.XIV. de Eccl. ante Leg. * ex ** add. Bel-*
loco probari conatur de vita Monaſtica & Chanochi ordine, ſe- *larmin. T. I.*
dum quietem ipſum vidiſſe verius dixeris, quam in Textu depre- *Cõtr. Gen. V.*
diſſe. ** LXX. non minus dormitant, qui pro אָז legerunt הוה *L. II. de Mon.*
הוחי pro הוחל verterunt: οὗτος ἤλπισεν ἐπικαλεῖσθαι τὸ ὄνομα *c. 5. pag. m.*
τοῦ Θεοῦ, activa voce paſſivam exprimentes. Parem παρερμηνείαν *195 ſeqq.*
es in eorum ſententia, qui vertunt: tunc profanatum eſt invocando *** vid Pfeiff.*
nen יהוה. Itaque ad *Enoſchi* tempora Idololatriæ originem refe- *Syllab. Ex-*
. *Majm. de Idol. c. 1. §. 1.* בימי אנוש תעו בני האדם תעות גדול *erc. II. §. 3.*
ונבערה עצת חכמי אותו הדור ואנוש עצמו מן הטועים וזו ה *p. 21. ſeq.*
תעותם: אמרו הואיל והאל ברא וכוכבים אלו וגלגלים להנהג את ע
כיון שעלה דבר זה על לבם התחילו לבנות לכוכבים היכלות ולה
להן קרבנות וזה היה עיקר עב *Chaldæus* ſub *Jonathanis* nomine no-
nus, ita circumſcribit textum: Illa erat ætas in cujus diebus cepe-
t errare, & fecerunt idola ſibi & cognominabant idola ſua nomine
ovæ. Non ibo inficias הוחל hanc interdum ſignificationem admit-
, ſed cum alia conſtructione: dicendum quippe eſſet, vel בִּקְרֹא vel
pliciter, הוחל שם יהוה. Quid? inquit, *Dionyſius Voſſius*, hoc eſt, tunc
fanatum eſt ad invocandum nomen Domini, Ergone profanum
e Deum? Scio dicere eos tunc profanatum eſt in invocando nomi-
Dei, illud tribuendo diis falſis: Verum nihil heic de diis falſis Scri-
ta, quod tamen maxumè addendum fuerat, & rectè contra *R. Salo-*
nem obſervat *R. Eliezer Germanus in Maaſe à Sem.* * כי לומר שהוחל *† MaaſeBe-*
לקרא דברים אחרים העיקר ה. nam ſi dicas profanatum eſſe in *reſch. C.*
ocandis aliis rebus nomine Domini, ipſum fundamentum abeſt. i. e. *XXII.*
t in Moſe mentio rerum, quas illi ut Deos invocatas volunt. Quip-

pe

pe *Jarchi* dixerat, tunc herbis & hominibus Divinitatem adſcribi c
ptam. Henochum primum in precibus Dei nomen adhibuiſſe per Ge
IV. 1. confutatur, * Admodùm plauſibilis eſt *Abarbanelis, Aben-Ezr*
Franzii, Gerhardi, Lutheri. Excell. Dn. D. Maji in Oeconomia temporum
aliorumque ſententia: de ſolemni publicæ invocationis introductior
Plauſibilior tamen videtur mihi *Theodoreti, Quiſtorpii, Hackſpanii, I*
ſcatoris &c. interpretatio: Tunc ceptum eſt vocari de nomine Jehov
lecturo iterum pro eo ac par eſt, *Excell. Dn. Præſ.* veſtigia. ** Viſu
tamen hoc præcipuè obſtare, quod ex Dn. Löſcheri ſententia *** an
ingreſſum Iſraëlitarum in nullius vocis compoſitionem nomen divinu
יה, ingreſſum eſt, qui mos tamen poſt egreſſum ex Ægypto invalu
Quî ergo Enoſi temporibus ceptum jam eſt de nomine יהוה vocari? (
ut verborum faciam compendium, in ſalvo res eſt. Expendat Dn. A
ctor vocem Gen. 4: 16. מחויאל, vel מחיאל. Illam ſcriptio coiviſſe a
guit ex tribus partibus מְחוּי יָהּ אֵל, deletus Domini Dei, ſive, delet
à Domino Deo vel מחי יה אל deletio Domini Dei. Joth enim cum v
cali Kamez in compoſita voce venit pro integra יָהּ, litera ה in vicii
literarum ejusdem organi, ut alias fieri frequenter ſolet, evaneſcen
Ceterum quia יָהּ ex יהוה tetragrammato conciſum, neceſſum eſt ipſu
extitiſſe, adeoque primorum ſeculorum Patriarchis cognitum fuiſſe.

שָׁמַיִם] *Cœlum.* ὁ. οὐρανὸν, περιοχὴν ὁρατῶν τε καὶ ἀοράτων κτι
μάτων (ut vocat Damaſc. O. F. L. II. C. VI. p. 81.) Quo potiſſimu
vocabulo *Jones* Cœlum adpellarunt, lucem è Cœlo deſcendentem fo
taſſis conſiderantes, deſcendere quippe arbitrantur οὐρανὸς ab *Hebr*
rum אוֹר, vel אוּר, † luce & igni, vel *Chaldæorum* אורא luce, unde ὀρ
& ἄυελον, aura, pro ſplendore, & aurum. Quæ etiam derivatio ma
videtur genuina, quam illa *Platonis:* ἀπὸ τῦ ἄνω ὁρᾷν ποιεῖν, †† vel i
ab ὅρ☉ *Ariſtotelis:* οὐρανὸν ἐτύμως καλῦμεν, ἀπὸ τῦ ὅρον εἶναι τῶν ἄ
Cœlum, latinam vocem à *Celtis* ſuam habere originem opinantur a
tiquitus pronunciatam *Kœlum*, unde *Islandorum Keilings*, majorib
noſtris familiariſſimum, nam *Celtica* nomina Himmen ſive Himmel †
& *Heaven* recentiora putantur: *Scythicum Nab.* à נב, à Cœli fecun
tate, unde Natales habent, ut ait *Læſcherus, Nebo Dalmatarum, N*
Bohemorum, Niebo Polonorum. Quam variis in S. S. Cœlum titulis v
niat, diligentiſſimè collegit *Chriſtoph. Dauderſtad.* in Labb. Pſalteri
Pſal. 148. †††† *Hebræi* vocant שמים cujus nominis etymon va

* *add. Muſcul. Comm. in Gen. f. m. 153. 13. minus fidentem huic ſententiæ.*

† *V. T I. VII §. 4. pag. m. 289.*

** *in Onom. S. V. I. c. 1. p. 4. & V. VII. p. 264.*

*** *l. c. l. V. 10. p. 62.*

† *conf. Dn. Langii Theſes Comenianæ cap. IV. p. 52. ejusd. Orat. S. part. 1. c. 1. p. 15. §. 23. ejusd. Med. ment. Part. III. c. 3. §. 3. p. ed. noviſſ. 347.*

†† *vid. Euſeb. præparat. Ev. L. XI. p. 304.*

††† *vid. Wendel. Contempl. phyſ. Sect. III. c. 1. p. 19. ſq.* †††† *P. I. n. 34. p. m. 27*

ponunt. Et verum heic eſt illud *Ebræorum*: לא שוות כל אצבעות
חכמים pars enim deducunt à radice *Arab.* ſama, altus fuit, emi-
it, elevavit, extulit, reſpicientes loci ſitum, atque ad interpretum con-
ſum provocantes *Fagii, Erpenii, Pocokii, Ravanelli, Hottingeri* &c.
enEzra. Præterquam autem, quod ex reali adfectione parum ſolidè
minis deducatur ratio, vereor ſanè ut hoc ipſum vocabulum, à voce
æ Cœlum ſignificat, derivandum potius ſit. Certè adpellationem ejus
quam Cœlum vocamus, prius inventam quam verbum, quod altum
ſonat, haut abſimile eſt vero. *Conf. Cocc. Lex. f. m. 813.* Alii con-
nt ex אש & מים, Alii ex שאה & מים pars ex שא ſuſtine & מים &c.
quibus variæ *Rabbinorum* meditationes in unum omnes collatæ locũ
untur in *Bereſchit Rabba*, Paraſch. IV. f. 6. col. 4. ad ויקרא אלהים qui
locus, quia prolixior, ibi legi poteſt.* Pars componunt ex שם & מים
n *Cocc.* & *Rabb. Dav.* vel *Moſ. Kimchio*** qui in libro rad. ita: כתב
אאו״ל כי פירוש שמים שם מים ויאמר יהי רקיע בתוך המים ויהי מבד
בין מים למים ואמר ויקרא אלהים לרקיע שמים כלומר שם מים
ולהתחברות שתי ממין חסרו האחת כמו שעשו כמלת ירבעל מין י
בו הבעל ירובשת ירב בו הבש adde omninò *R. Schel. M.* ﬢ. f. 1.
l. 3. Iſta originatio, ſi tam ſermonis analogiæ, quam rei denotandæ
ngrueret ante alias calculum noſtrum mereretur. Id enim ad ma-
am admirationem nos traducit, quod videmus in cœlo aquas, & vehi
pendere ſupra caput noſtrum, tam mirificè diſtributas: ſed nulla E-
nologia locum habere poteſt, quæ loquendi legibus & conſuetudini
verſatur, quod fieri quidem in *Kimchiana* deprehendimus. Primò
im שם, & שמה cum alia voce coire in unam compoſitam non ſo-
, eaque de cauſa Civitas illa ſtupenda *ab Ezechiele* capite ultimo de-
ipta non vocatur שָׁמָּיָה *ſchamajah* nec שָׁמָּיְהוּ, ſed vocabulis diverſis
verſoque ordine יהוה שָׁמָּה *Illic eſt Dominus.* Deinde ſi ex שם adver-
o derivaretur ſcribendum erat שָׁמַּיִם duplici de cauſſa; 1. quod שם
opter augmentum vocis adquirit Dages, ut in שָׁמָּה iſthic. 2. quod ם
ominis מים eliditur. Si enim unica litera ב per Dages compenſata
יְרֻבַּעַל quia natum ex יָרוּב בַּעַל quantò magis compenſatione indi-
eat duarum literarum expulſio. Malim igitur שָׁמַיִם deducere à nomine
שה ejusque duali integro שְׁהָמַיִם He litera poſt ſcheva mobili, ut quam

*adde Marc. Mar. A. N. f. 231. quem citius digito cœlum tetigiſſe, quam ſuis ita indulgendo Phantaſiæ luſibus, ubi pedem figat reperiſſe credideris.

** vid. König in Bibliotheca V. & N. f. m. 445. b.

pluribus vocabulis factum, eliſa. Significat autem שֹׁהַם in Hebraica lingua Hyacinthum, gemmam cœli colorem ante alias imitantem.*

עֶרֶב] *veſpera.* A miſtura lucis & tenebrarum, vel etiam rerum haut facile tunc ab homine internoſcendarum Philologi, quotquot inſpexi, deducunt ferè omnes. Huc oculum direxit *Sel. Ben-Melech* in Michl. Jophi fol. יח col. 4. קרא בן מפני שהוא עת החשך ויתערבו הדברים שלא יכיר אדם ולא יפריד בין דבר לדבר ולפי שהערב יחלק הלילה מהיום נקראת הלילה ערב׃ quæ totidem verbis f. 1. col. 2. legas. Hæc tamen Etymologia vel ideò à quibusdam non admittitur, quod numquam miſtura ſub ערב niſi hominum in commerciis ſuis, non vini & aquæ aut aliorum liquorum, quorum figura induatur luci & tenebris ab Etymologiæ hujus adſertoribus, deſignetur; proinde nihil arbitrantur adparere probabilius, quam ſi à ſuavitate petatur: juxta illud Job. 7: 2. & Jud. 19: 9. vires ſuas remittit dies, ut miteſcat, ſuavior fiat ſcil. in veſperam abiens: die quippe præcipitante indulgetur homini laboribus ac moleſtiis Gen. 3: 17, 19. impoſitis relaxatio & poſt ignes ſolis deſideratiſſima, iis præcipuè qui torridas verſus zonas habent, refrigeratio. Nobis non admodum periculoſæ opus aleæ videtur, utrum potius eligatur. Facilius ponitur, quam deciditur quæſtio: quando veſper apud Hebræos ceperit? Percepiſſe id quidem ſibi nonnulli videntur ex eorum S. S. locorum contentione, quæ de quibusdam legis ceremoniis veſpertino tempore obſervandis præcipiunt:** Inde nec diſtinctius exponunt, quid ערב noſtri Dual. ערבים Exod. 12: 6. ſibi velit: Vix quippe ac ne vix quidem tres ὁμοψήφως illud docere audias. Diſſentiunt *Lipomannus Aben-Ezra*, qui מלה קשה vocavit, *Oleaſter* item & *Waltherus*. Pariter *Kimchii Jarchii*† *Abulenſis*, *Lyræ*, cantilenam plures ceciniſſe conſtat. vid. de his *Calov.* Bibl. Ill. pag. m. 36. *Pfeiff.* D.V.C. 1. p. m. 224. ſq. *Cleric.* in Exod. p. m. 50. ſeq. *Bochart* Hieroz. P. 1. L. II. c. 10. ubi ita: Ebræis duplex fuit veſpera, utraque ante Solis occaſum, una meridiei, altera occaſui proprior. Et inter, vel potius intra illas duas veſperas, i. e. intra illud ſpatium, quod ambæ complectuntur, præter agnum †† Paſchalem etiam mactabatur juge ſacrificium, accendebantur lampades & fiebat ſuffimentum. Ex. 19: 3; 30: 8. quæ ſingula, quo ordine facta ſint, docet *Majm.* de Paſch. c. ...

ſe

* *vid. Exc. Dn. Præſid. Tract. de Gemmis in Pector. S. Pontif. c. XI. p. 70. ſeq.*

** *nihil enim heic adtinet diſputare, quid ex illo Negaim II. 2. ubi לו inter duas veſperas manè opponitur, & poſt nonam cepiſſe dicitur, poſſit elici apud Relandum in Antiqq. S. V. E. P. III. c. 9. § 3. p. m. 184.* † *conf. F. Spanhemii Introd. ad Chronol. S. p. m. 13.* †† *conf. R. S. B. Melech. l. c. f. m. 18. c. 3. Moſes de Kozzi & Bechai apud Pfeiff. Diſſert. pec. de Feſt. Hebræor. Th. VIII.*

ect. 4. Qui Græcis quoque δείλην πρωΐαν, τὴν μετ' ἄριστον ὥραν: δείλην
ὀψίαν τὴν περὶ δύσιν ἡλίου † diſtingui conſueviſſe, docet ibidem ex *Heſy-
chio, Suida*, qui Atticum loquendi genus id eſſe dicit, eodemque refert
llud *Varr.* in Sat. Menipp. Neſcis quid veſper ſerus vehat &c. Plures
mactationis horas ex horis mactationis Agni Θεανθρώπου finiunt. Mani-
feſtè ita argumentatur *Strauchius* in Diſſ. de Paſch. 1668. Witt. ed. Hy-
poth. V. §. 6. circa fin. * Equidem עֶרֶב & ante Jer. 6:4. & poſt Solis occa-
ſum Deut. 16:6. & ubi ſtellæ adparent Pſ. 65:9. adhiberi certus, exiſtimo
llud בין, notare momenta, quæ inter primam veſperam die jam incli-
nante, & inter initia noctis ceſſante crepuſculo ſunt interjecta. ערבים
utem reſpicere duo noctis ingruentis & diei jam deficientis extrema.
llud heic noſtro in com. notari etiam velim, naturalis diei initium Judæ-
s à veſpera rectè ſtatuiſſe & adhuc ſervaſſe, juxta diſciplinam Phœnicis
iſtoriarum *Moſis* ויהי ערב ויהי בקר יום שני Ex quibus *R. Abendana*
quod contra *Philoponum, Mar. Victorinum, Procopium* &c. νυχθήμε-
ρον ἡμερονύχθιον temerè vertentes) commodè hoc poriſma elicit ad
Michl. Joph. f. 18. col. 4. למדנו מזה כי הימים מתחילים מן הערב לא
מן הבקר וכן כתוב ויהי ערב ויהי בקר cui gemellum illud *Abarbanel.*
Comm. in Exod. f. 151. col. 2. תחלת היום הוא מן הערב שלפניו:
d certè ipſum ad gentiles quoque traductum obſervat Grotius. Tene-
ras luce priores docuit ex Vett. diſciplina *Thales*, quod etiam apud
Heſiodum & Orphicos reperitur. De *Germanis* vid. *Tacitus* de *Bohemis.*
Polonis, vett. *Gallis, Druidibus, Athenienſibus, Phœnicibus* &c. paſſim
uctores conſulantur. **

† *illud vett. Criticos alibi quoque ita legi interpretatos:* τὸ πρῶτον τῆς δείλης μέρος τὸ εὐθὺς ἐκ μεσημβρίας, *hoc autem:* τὸ τελευταῖον τῆς δείλης μέρος, τὸ περὶ ἡλίου δυσμάς.

* *conf. Goodwin. Moſes & Aaron III. 4. 12. p. m. 245. ſeqq. adde Caſaub. Exercit. ad Baron. 16. num. 28. & Burmann. Synopſ. Theol. P. I. L. 4. c. 11. §. 33.*

** *conf. Seld. J. N. & G. III. XI. pag. 345. & pec. ejusd. Diſſ. de Anno Civ. & A. L. III.* notandum ex *V. Eccleſ. S. Reipubl. Jud. c. 1. p. 1. edit. Lugd. Bat. 1683. Reizius ad Goodw. M. … 1. §. 3. p. m. 190. Bern. Lamy Adpar. B. C. XI. pag. m. 104. ſeq. ad quem Goodw. l. c. aliorumq; ſententia Diem Nat. demum dividi in* ἐργάσιμον, *Civ. profeſtum (Angli … Working day) &* ἄπρακτον, *ſacrum, feſtum (Angli à Feſtival or Holy Day) Relandus l. … P. IV. C. II. §. 5. p. m. 213.*

בקר] *manè.* Primitivum eſt verbi בִּקֵּר maturius vel maturrimè
quærere, primam temporis opportunitatem ſequi. Facere, ut primum
lata eſt occaſio, primo quoque tempore & poſthabitis omnibus rebus
gere. Scilicet tempus matutinum laboribus humanis ſuſcipiendis, ut
primum, ita maxumè idoneum eſt. Boker derivationem eſſe à בִּקֵּר בֵּין
הַצּוּרוֹ à dignoſcendis formis cum Aben-Ezra exiſtimare, longiùs eſt,
petitum. Illi quidem accedit *Schelomo Ben-Mel.* inquiens: מענין דרושה
ובקור

בקור כי בבקר יתבקר כל הכר לאור היום והפכו הערב שיתערבו כל הרברים ולא יכירם ארם Heic ſynecdochicè initium noctis veſpera, & manè diei ſumuntur pro toto νυχθημέρῳ, ſeu viginti quatuor horarum ſpatio. Quod S. B. M. dubio procul præter oculos verſatum, quum l. c. f. 1. c. 2. ſcripſit: ערב הוא תחילת הלילה ובקר תחילת היום Obſervo de cetero heic quam antiqua ſit diei in ortum & occaſum diſtinctio Romanis quoque à primis originibus ad 1. Pun. bellum * ſine alia diſtinctione uſitata! *Ægyptii* quidem vel *Babylonii* diem primi in 12. μόρια tribuere. Quod ſpeciatim tribuitur *Tris Megiſto*, qui anſam diem in 12 partes æquales cernendi ſumſerit à *Cynocephalo* (Cynocephal. ſedens enim Ægyptiis duorum æquinoctiorum hieroglyphicum fuit) per æquinoctia duodecies quoque die ac nocte quàque æquali interſtitio ſervato urinam reddente, & toto die æquinoctiali duodecies paribus intervallis clamorem tollente. Unde in horologiis quoque aquariis ſculpi Cynocephalus conſuevit, cujus ex veretillo profluere aqua: quæ ne prolixius effunderetur, quam par eſſet ad juſtam horæ menſuram, avulſo ex animalis cauda pilo, ad ejus inſtar tenue ferrum parabant, quo aquæ fluxus temperaretur, uti ex *Oro* docet *Salmaſius* *Exerc. Plinian.* ad Solin. p. 644. ſqq. Romæ ècontra *in XII. Tabb.* ortus tantum & occaſus nominabantur. *Plin.* l. 7. c 60. adjecto poſt aliquot annos Meridie, Accenſo conſulum id pronunciante &c. Quibus poſtremis tamen contravenit A. Gell. L. 17. c. 2. quanquam *J. Oiſelius* JC. Not. in Gellii locum adlatum moliatur conciliationem. Horæ autem Romæ trecentis, vel ut *Salmaſius*, quadringentis & 50. annis ignorabantur: quum antea umbram, horarum vice, pedibus metiebantur, & ad certam ejus menſuram, decempedalem ſcil. (quæ proin gratiſſima paraſitis, *Eraſm. in Adag.*) vel plurium pauciorumve pedum, cœnæ tempus indicebant: Unde diei partes (σημεῖα vett. dictæ) umbra ſex pedum ἑξάπυς, ἑπτάπυς, ὀκτάπυς, δεκάπυς, δεκάπυν ςοιχεῖν &c. Proditur autem ad illas primum inveniendas vel dictam Ægyptiorum diſtinctionem, vel Horologia ** variis artibus inventa muniviſſe. Alii alia!

המים] *harum aquarum.* ה quod vocant ה׳ הרעת ה׳ הידיעה ההורעה demonſtrativ. Notificativ. Monendum tamen α. haut perpetuò ἐξοχὴν notare, v. g. הכהן à *Nold.* Concord. p. m. 231. lit. β. adductum, non ſummum ſemper Sacerdotem deſignat, quum τῷ הכהן ea quoque interdum tribuantur, quæ ſummum Sacerdotem curaſſe, vix credi

* *ut cum Alex. ab Alex. loquar Gen. Dier. l. IV. c. 10. p. m. 1150.*

** *quorum primum ap. Græcos reperit Cteſibius Plin. L. 7. cap. 37. Vitruv. L. 9. c. 9. Romæ ad Roſtra in columna poſuit M. Valerius. Plin. L. 7. c. 60.*

ſideris. β. Nec quidquam eam animo imbibendam eſſe ſententiam, utſi
ה noſtrum ad rem certam, ut *Buxtorff.* * ſemper uſurpetur, id quod vel
x ſolo Job. 1: 6. ויהי היום conſtat, auff einen Tag / die quodam
Pagnin.** vagè, confusè: namque utrum prima, anve ultima anni? re-
icetur. conf. 2. Reg. 4: 8. LXX. καὶ ἐγένετο ἡμέρα, non ἡμέρα αὕτη,
t Job. l. c. ἀκύρως. γ. Quamquam reperias הַבַּעַל, הָעַשְׁתָּרוֹת, לִפְנֵי לַגָּד
לַמֹּלֶךְ nusquam tamen nominibus vero DEO propriis præfigi. δ.
noſtrum, quo primum is, qui nomen impoſuit, ad exprimendam
nentem ſuam uſus eſt, poſt impoſitionem ſæpenumerò in ipſius no-
minis proprii ſubſtantiam tranſire, rariſſimè propterea ab eo divellen-
tum, הָעַיִנָם quod & Chald. cum ה ſcripſit Joſ. 15: 33. הָרָאָה 1. Par.
: 52. הָרָם 1. Par. 4: 8. &c. ε. propriis adhærere nominibus, ubi prò
milia, vel gente, vel denominativo ponuntur, ut מִשְׁפַּחַת הַיִּמְנָה
um. 26: 44. אֲבִי הָעֲנוֹק Pater Hanokitarum, Joſ. 21: 11. שַׁמְחוּת
הַיִּזְ Jizrachæus, 1. Par. 27: 8. quod idem ac הָאֶזְרָחִי & זַרְחִי 1. Reg.
31. Pſal. 89: 1. ζ. in patronymicis divulſis poſterioris membri ini-
accedere, ut: אֲבִי הָעֶזְרִי AbiHezrita ex אֲבִיעֶזֶר Judic. 8: 32. 6: 11.
d. plura apud *Excell. Dn. Præſ.* Onom. S. p. 338. ſq. η. poſt אתהע״ר
e noſtrum animari ⸗ obſervante *AbenEzra* & *BenMelech.* Eidem
pondere, ut plurimum Græcorum ὁ, ante res eximias tamen plus-
am ducentis N. T. locis (ſi *Hunn.* Exam. Photin. cap. 3. n. 27. audi-
us) omiſſum & teſte *Friſchlin.* Gramm. p. 89. à *Scaligero* flabellum lo-
aciſſimæ gentis adpellatum: quod de profanis, non item de ſacris
cipias auctoribus.

בְּתוֹךְ] *in medio.* ב. quod *Maſorethæ* 38218. in S. Cod. occur-
e ajunt***, uti alibi, ſic heic quoque, notionem in ſe continendi, ut
edo, ſeu inexiſtendi habet, nec ineptè à Rabbinis ב׳ כְּלִי adpellita-
. Iidem varias ejus conſtituunt claſſes, ſcil. ב Hakkereb, medii. ב
ilii, ב inſtrumenti, ב pretii, ב viæ ſive modi. ב adhæſionis, inhæſio-
, idemtitatis, quorſum referas Exod. 6: 3. adparui באל שדי h. e. in
nibus adtributis divinis, quibus Deus, ut Deus, ut Fons rerum &
ntiarũ **** concipitur indutus, ubi ratione ratiocinante fit diſtinctio
um, quæ in ſe ipſis idemtica ſunt. Hypothetici, v. g. Ez. 18. 24, 26.
46: 3. † Res omnis eò redit, ב notare τὸ inhærere, ineſſe, immane-
re

** Th. G. l. II. c. 5. pag. m. 383.*

*** Chald. anilibus Judæorum fabulis faſcinatus, & ad primũ anni diem, quo Ebræi totius Deum annirationes inire, & quid in ſequenti ſit futurum, diſponere ajebant, reſpiciens falsò arbitratus, reddit: Et fuit in die judicii, in principio anni.*

**** conf. Jo. Iſeri mare Maſor. inſidum 1780. in celeberr. Noricorum Acad. editũ p. 12. §. 6.*

***** [illegible] [illegible] qui omnia tenet. 1. Cor. 6. 18. Apoc. 1. 8. 4.*

7. παντοκράτωρ, quod Gr. Jobi interpres ſedecies adhibuit pro שדי. † *conf.*
ch. Michl. p. 16. col. 1, Glaſſ. P. ſ. p. m. 1157. & 1173, Nold. Nott. 671. 683.
. 875, 877.

re &c. Sive id fiat per modum corporis, quod in continenti eſt, ſivè per modum intentionis, quæ in ſcopo actionis eſt. Quid *Doctiſſ. Lud. de Dieu* ſententiæ de ב ante nomina abundante reponendum, vid. apud *Dn. Löſch.* L. c. p. 423.* Ceterum תוך non ſemper mediam rei partem, ſed id, quod in medio, ſeu ora aliqua atq; extremitate hæreat ſignificare, docet *Maſius* in Joſ. 3: 7. Ita aliàs cor vel medium (ubi quidem קרב) terræ, cœli, maris; ubi tamen non neceſſariò medium præcisè ſumptum intelligi ſemper debet, ſufficit enim, ſi res, quæ dicitur in medio eſſe, ſit intra eam, quæ continetur. Sic Tyrus in medio vel in corde maris ſita dicebatur, quæ non procul à continente aberat. Sic etiam in medio co[...] hominis dicitur, quum tamen magis vergat ad ſiniſtram partem.

רקיע] *Expanſum.* Agnoſcit, uti ὁμοθυμαδὸν *Lexicographi* conſen[...] tiunt ad unum omnes, ab רקע undecies in S. occurrente literis & actum[...] denotante rem ** expandere in latitudinem, diſtendere. Inde *AbenEzr[...]* רקיע inquit, eſt דבר נטוי res extenſa, eine Außbreitung/ quorſum ſæp[...] adludit Scriptura de cœlo loquens. Ceterum me non præterit τὸὺς ὁ rec[...] didiſſe ςερέωμα, quorũ veſtigia legit *** Vulgatus transferens firmamen[...] tum, quo conſilio nec ipſum ipſorum fautorem *Nic. Fullerum* M. S. I[...] I. C. VI. ad aras fideliſſimum vidiſſe videtur *Joh. Clerico:* quod Syſtem[...] mundi, quale ab *Orientalibus* intelligebatur, in animum non revoca[...] rit & quædam alia peccaverit. Chaldæi, inquit, terram exiſtimabant i[...] medio mundo eſſe, quo in loco contineretur, vi incumbentium und[...] quaque cœlorum, quod teſtimoniis Vett. oſtendit *Th. Stanlejus* Orien[...] Phil. Lib. I. Sect. 2. Hinc cœlos רקיעין &, ut loquuntur *Græci* eoru[...] interpretes, ςερεώματα, quod interiora comprimerent ac confirmaren[...] Deosque præſides uniuscujusque cœli Ἀνοχεῖς & Συνοχεῖς, ſuſtentator[...] & coarctatores adpellabant. vid. Sect. VIII. Oraculorum Chaldaicoru[...] Eadem fuiſſe videtur Ebræorum ſententia, unde factum, ut *Salomo* Pro[...] VIII. 28. ubi de diſpoſitione univerſi, dicat Deum firmâſſe nubes d[...] ſuper. *Græcorum Philoſophi* cum *Platonici*, tum *alii*, qui Orientalium e[...] cuſſerant ſcrinia, eâdem ratione de cœlis loquuntur. *Stoici*, aucto[...] *Diogene Laertio*, in *Zenone* Libr. VIII. ſegm. 140. omnia continua e[...] cenſebant τοῦτο γὰρ ἀναγκάζειν τὴν τῶν οὐρανίων πρὸς τὰ ἐπίγεια, συ[...] πνοίαν καὶ συντονίαν. *Cicero* in II. de Nat. Deorum de eadem ſenten[...] verba faciens, de altiſſima firmamenti parte eodem modo loquitur: R[...] ſtat ultimus, inquit, & à domiciliis noſtris altiſſimus omnia cingens [...] coërcens Cœli complexus, qui idem æther vocatur. Similiter *Proc[...]* The[...]

** conf. hac de lit. præter laudatos Keßlerum* הלכות קטורת *p. m. 51. §. 28. ſeqq* מי המריבם *Acoluth. p. m. 253. Pfeiff. D. V. p. 14. n. 4. Cocc. Lex. f. 74. ſeqq. & alios.*

*** mollem & ductilem Ravanell. in B. S. f. 922. b. Piſc. in Gen. f. 12. Schindl. Lex.* Πενταγλωτ. *col. 1769.*

**** legit autem cæcus, quaſi ſæpiſſimè uti Pfeiff. ait, D. V. Cent. III. p. 555. Crit. S. C. XII. pag. 328. Leusd. Philol. Heb. mixt. Diſſ. I. p. 9. c. 5.*

ol. Platonicæ Libr. IV. c. 16. Cœlum ait, συνεκτικὸν εἶναι τῶν ὑπὸ πάντων καὶ τῆς συνεχείας αἴτιον, conſtringere omnia inferiora & tinuitatis cauſam eſſe. vid. & *Plin.* H. N. L. II. c. 5. ubi dicit univerſa eri mundi (i. cœli) ipſius conſtricta circuitu. His itaque ſuppoſitis, nec ab adcuratiſſimis ævi hujus Phyſicis prorſus rejiciuntur, meritò um στερέωμα dicitur, quando quidem, ut terreſtria ſint στερεὰ firma olida, facit. Addi merentur, quæ Idem in *Philoſ. Orient. Stanleji.* V. ad hunc Zoroaſtris verſum:

Ἑπτὰ γὰρ ἐξώγκωσε πατὴρ στερεώματα κόσμον. (p. 147. v. 182.)

Not. Sect. VIII. p. 172. profert. Videntur *Chaldæi* uſi eſſe voce רקיע ita à LXX Interppr. vertitur. Ceterum cœlos ſeu mundos dici στερεώματα crediderim, non quod Chaldæi eos ſolidos eſſe exiſtimarent, quod στερεῶσι hoc eſt conſtringant & impediant, quo minus diffluant quæ ambiunt. *Dikinſonus* quidem * per, *ait*, vetuſtam eſſe opinio- de ſolida cœlorum natura, fortè ex iſtis Jobi verbis c. 37: 18. aut ob- a, neſcio quâ, traditione conceptam: quæ tanto faciliusfidem invene- i certum fuerit *Pythagoram* primum ** inter Gentiles Philoſophos ommentum invexiſſe, quem plura à Judæis hauſiſſe aliunde conſtat. f. *Anaximander* apud *Plutarchum* ***. Verum enimverò

quod liquidiſſimus æther
Atque leviſſimus aëreas ſuperinfluat auras,

omnes, quorum induſtria in ſcrutanda naturalium rerum natura tur, rationibus adfirmare non levibus paucos, opinor, præterit. è ſi S. Scripturæ Joſ. 10: 14. Eccl. 1: 4. Pſ. 18: 5, 6, 7. Abb. 3: 11. cœlo, ſed aſtris motum & quietem tribuenti: Si opinioni de ſtellis s inter ipſa ſidera fixa in cœlo ſidereo viſis, de cometis ſupra Lunam lo aſcendentibus, modo deſcendentibus, nunc in Auſtrum, nunc eptentrionem volitantibus &c. item de apogæo & perigæo plane- m juſtum ſtatuatur pretium, ac extraordinarias ejusmodi motio- admiſſa cœli fluiditate, facilime; vix autem admiſſa ſoliditate, quos- que affingas mente circulos excentricos, epicyclos, excentrepicy- homocentrepicyclos & canales † explicari, obſervetur: non poterit , fluiditas cœli adſeri. Accedit quod ſumma cœli λεπτομέρεια ſanè fecit, ut *Averroës*, teſte *Ant. Ruvio, Durandus, Gabriel, eolus, Antonius, Andreas Jandonus* cœlum ita ſimplex, tenue & ſub-

* *Phyſ. Vet. c. XVI. pag.* 233.

** *vid. Cic. Q. F. L. V. c.* 3. *Dn. Roth præc. Capp. Philoſ. Moral. Th.* 1. *b. p.* 3.

*** *de Plac. Philoſ. c.* 16. *Ariſtot. L. II. de cœlo à textu.* 43. *ad* 52. *ex quibus patet fuiſſe, qui totum cœlum ſidereum à Lunæ concavo & infimo elementaris ſphæræ confinio, usque ad convexam & ſupremam ſuperficiem, aquis ſupra cœleſtibus contiguam eſſe ſolidum & inſtar cryſtalli m, impervium & impermeabile; ſtellasque ipſi, ut nodos tabulæ, aut gemmas lo infixas eſſe putarint.* † *cum Pontio Diſp. Phyſ. XXII. Q. V. n.* 51.

ſubtile dixerint, ut materiæ penitus expers ſit: * reſpectu aëris noſtri tantum non ipſius nihili rationem ſubiens, ** id ipſum omnino perſuadeat. Sed ne extra oleas vagemur hæc aliis relinquimus. conf. tamen *Anton. le Grand.* Inſt. Ph. P. V. c. X. p. m. 340. *Gaſp. Schott.* Iſag. Aſtron. p. m. 28. ſqq. *Philipp. à Sanctiſſ. Trinitate* II. Secundæ Philos. Q. 4 A. 7. p. m. 57. Et ſocii ὁμοψήφε *Auguſtini à Virgine Maria* in Philoſ Ariſto-Thomiſticæ curſu, T. III. D. VI. q. I. p. m. 67. ſqq. ratione contrariæ paſſim confutantur add. *Pontium.* Diſp. c. concluſ. l. n. 48 f. m. 620. ſqq. ajentem: nulla ratione aut auctoritate ſcripturæ con vincitur cœlum eſſe ſolidum, aut fluidum, aut partim ſolidum, aut par tim fluidum. Et *Rod. Arriaga* Diſp. Phyſ. XVIII. Sect. 4. Subſec II. n. 47. f. m. 605. contra *Pontium* & S. III. ſubſ. 4. n. 30. ſqq. pr fluiditate pugnantem. add. *Caſp. Wyſſ.* Tr. IV. C. III. q. 3. p. m. 121. ſq

* *conf. Conimbric. L. I. de Cœlo C. 2. q. 4. Art. I. Speciatim Theod. Cellarii Diſſ. de cœlo p. 6. §. VI.*

** *Erhard. Weigel. de Philos. Nat. Sect. III. Membr. II. C. V. p. m.* 202. §. 25.

ספ״ק
SECTIO SECUNDA.
I.

Longius, quàm par eſt, labor hic proveheretur, ſi ex ſingu commatis hactenus grammaticè declaratis *poriſmata* derivarem, q ad *Theologiæ Sacræ* capita firmanda pertineant. Sed quum meminer decere *Philoſophiæ Candidatum*, ut intra ſuos limites ſeſe contineat, illuſtrandã *naturalem hiſtoriam*, unã illam de *Aquis* ſupra *Cœleſtibus* co troverſiam pro ingenii mei modulo expendam. Illam conſtat j pridem à magnis Doctoribus variè agitatam, ſed diſpari ſucceſſu. B viter ergò recenſitis, &, ubi opus fuerit, refutatis eorum ſententiis, q in tanta multitudine diſcrepantium ſequar, paucis poſitionibus de rabo. Et 1. quidem de רקיע obſerva: Garamantas potius & Indos in nimo *Moſen*, quum de רקיע loqueretur, habuiſſe, quam Targu cum illum partum, Eſtheræ inter Gentiles viventis ancillam עִיתָא dictam, ſecundæ cujusvis hebdomadis diei Symbolum. * 2. Quidvis tius intelligas, quam Spiritum ſubtiliſſimum, per extenuationem, micorum more, in immenſum expanſum. 3. Nec de homine re vato cum heluone allegoriarum *Origine* cogites. 4. Nec de ſede atorum, de trium cœlorum concameratione cum *Epiſcopio.* 5. de intelligentiis, cum *Rabbinis.* 6. Nec de ſphæra octava cum *Cathar* 7. Nec de aëre, æthere excluſo, cum *AbenEzra, Saadia, Kim* (qui רקיע Pſ. 77. באמת ſignificare, ait, aërem) aliisque, reform rum præcipuè, innumeris, *Calvino, Borrhai, Zanchio, Bucano, Go*

* *qua de fabella vid. D. Oſiand Diſſ. de Targum. §. XIX. add. Buxtorf. Lex. Talm. f. m.* 164.

, *Groſſio*, & è *Papicolis* cum *Ruperto*, *Cajetano*, *Pererio*, *Petavio* c: 8. Nec, ſi adcuratè velis diſtinguere, ſolo æthere aëris panſo neglecto, cum *Luthero*, & quos *Waltherus* laudat, *Tertullia*-, *Cæſario*, Olympiodoro, Anaſtaſio, Beda, Procopio, allegatis â Salia- in Anal. Eccles. T. II. f. 28. 9. Sed רקיע 2.dò ἐξαχημέρῳ die factum edas complecti ſua notione, ſpatium illud ampliſſimum, quod à ter- & aquarum ſuperficie pertinet ad regionem æthercam usque inclu- vè, adeòque comprehendens aëreum juxta & æthereum ſimul expan- m. * Quidquid enim dividit aquas ab aquis per expanſum intelli- tur oportet: Sed aër & æther conjunctim &c: Ergo. Propoſitio pa- tex comm. 7. Adſumptum diſpaleſcit ex eo, quod uti aër aquas infe- ores, quas contingit, diſtinguit â ſuperioribus; ita æther ſuperio- es, quas contingit, diſtinguit ab inferioribus. vid. *Dannhauer* Diſp. art. poſter. IVta p. m. 625. §. II. ** adde com̃. 20. & 14. Cap. Gen. & *Cornel. à Lap. Toſſan. Kekermann. Schindl. Jac: Martin.* ol. II. contra *Becan.* diſp. VII. Θ. 10. *Munſter. Fagius in Criticis nglicis.*

*de quo toto dictum eſt: extendens cœlum ſicut pellem, dicente Suarezio Diſp. Metaph. T. I.D. 13. Sect. XI. n: 33. p. 284, 6.

** cujus argumentum eamdem habet vim cum Hurt. Mendozæ §. 45. Diſp. Phys. III ſect. 3. f. m. 381. conf. ſi placet, Arriag. Phyſ. Diſp. XVIII S. 3. Subſ. 4. n. 32. f. m. 603.

II.

Allucinantur *Beda* & *Strabus* apud *Thom.* Summ. Θεολ. P. I. vol. .Q. 68. A. Prim. p. m. 168. aliisque cœlum primi diei diverſum ajen- es eſſe â Cœlo IIdi diei, non enim, uti *Dannhauer*. Part. Prior. Diſp. .p. 2. §. 9. aliud cœlum IIdo die productum eſt, ſed cœlum primi diei quod & aëreum fuit & æthereum ſecundum ſubſtantiam) fuit ſequen- die diſpoſitum, expanſum, & majore ſplendore auctum, primo uippe die adhuc informe, indigeſtum atque confuſum IIdo die hoc ſſe & expanſionis rationem accepit, ut loquitur *Ign. Derkennis* in e Deo &c: p. m. 595. Rationem ex verbo רקע materiam ex qua peris conficiendi vel informandi ſupponente non ineptam cum *del-Rio* adducit *Mendoza* l. c. §. 47.

III.

Neque minus titubant, qui aquarum ſupra expanſionem noſtram vectarum exiſtentiam contra S. S. Div. Litt. auctoritatem Gen. I: 7. 7: 10, 11. (quem ad loc. vid. *Experientiſſ. Dn. D. Mögling.* in Eber-hardina noſtra Med. Phyſicesque & Matheſeos olim *Profeſſor* in ſua de aquis ſupracœl. Diſſ.) Pſ. 104: 2, 3. 148: 4. Job. 38: 9. (Si jux-ta *Calov.* B. I. p. 919. exponatur) vel in dubium vocare, vel planè ne-gatum ire, atque in non Entium Utopiam ablegare non verentur.

 Major

Major enim (ut illud *Auguſtini* L. II. de Gen. ad Lit. c. 4. in fin.
ciam heic meum) eſſe nobis debet hujus Scripturæ auctoritas, quam
mnis ingenii humani capacitas. Rectè *B. Lutherus* Comment. in G
nes. c. 1: f. 6. Tom. VI. Lat. Witt. Ego, inquit, libenter imagina
firmamentum eſſe ſupremum corpus omnium & aquas, non ſupra,
ſub cœlis pendentes & volantes eſſe nubes, quas cernimus, ut ſic aquæ
aquis diſtinctæ intelligerentur diverſæ à noſtris aquis in terra, ſed M
ſes manifeſtis verbis aquas ſupra firmamentum eſſe dicit. Quare
ptivo heic ſenſum meum & adſentior verbo, licet id non adſequar.
f. 9. negari non poteſt, quin, ut Moſe dicit, aquæ ſint ſupra cœlos. D
inſignes ſunt loci, qui huc pertinent in Labb. *Chriſt. Dauderſt*
Pſalterial.* & *Vir Magnif. Dn. Cancell. Jægerus*** nervosè Aquas, ſcri
ſupracœleſtes eſſe omninò credendum eſt, ſi ſimplicitati ſcripturæ,
SacroSancta nobis eſſe debet, inhærere velimus. add. ſi placet, ve
randæ antiquitatis ſuffragia Philonis, Joſephi, pluriumque alior
Walthero, Calovio & Pfeiffero laudatorum.

alter in Pſ. CIV. P. II. cl. A. n. III. p. m. 2217. Ubi ſimul D. Oſiandri παραφράσεις videnda. Alter in Pſ. 148. P. I. lit. E. p. m. 2742.

** *in Syll. Fecht. Diſſ. XI pag. 16. Th. VIII.*

I V.

Quum autem aquæ illæ noſtris ὁμογενεῖς & conjunctæ prim
fuerint † plurimum à recto deerraverit, qui allegorizandi libidine
Origine pro aquis noſtris angelos bonos, conſequenter pro inferi
bus, malos acciperet †† Qui *Scaligeri* de ſubtil. ad *Card.* Exerc. 163. p
1058. Hierarchias, *Lyrani, Toſtati Franciſc. Valleſii,* (quem in Ph
S. Gen. C. I. p. m. 31. vide) Cœlum quoddam cryſtallinum emp
ticis buccis conflantium veſtigia premeret. Vapores certè atque nu
οὐκ ἀνύδρους iſtorum quoque circumvolitaſſe oculos & nubes pro Ju
ne eſſe amplexos, qui aquas ſupra cœleſtes nil niſi nubes in aëre pend
tes eſſe opinantur, conſtat: res omnino à veritate abludit, tam ficul
illi armis bella cient, tot dubiis contrariis haut quidquam ſatisfaci
Certum enim α. nubes aquas formaliter tales non eſſe, quales II
per expanſionem eſſe ſeparatas docet Moyſes. Hæ ſunt corpus ſimp
illæ meteoron, ex ſubcœleſti, non ſupracœleſti aqua. β. ne quidem
tiſſe nubes ſecundo hexaëmeri die vaporibus ita prægnantes, ut aqua
tuiſſent vocari: neq; exceptioni *Kippingianæ* ††† de ordine poſt ſerva
locus heic relictus, quia Moſes, diviſit, inquit, Deus aquas, quæ, Sun
pra expanſum, non quæ attollendæ, colligendæ, ut loquitur *Danæus P*
Chr. Tr. 2. c. 13. p. m. 38. & actualem diviſionem ſatis innuit ſo
ni illo: ויהי כן γ. Tantum abeſſe, ut aquæ inferiores & nubes
di

† *conf. Ign. Der-Kennis l. c. pag. m. 590. §. 11. Adſert. 1.*

†† *cui apud Thom. l. c. q. 68. A. 2. p. m. 169. reſpondet Baſil.*

††† *Inſtit. Phyſ. l. 3. c. 2. §. 4. n. 2.*

ſtinctæ (ut tamen ex div. præcepto eſſe debent binæ aquarum mo-
s ſemel diſcriminatæ) ut potius aſcendentibus continuò & remean-
ɔus vaporibus quolibet ferè die dici queant conjunctæ. δ. Moſen
ponere aquas, quæ ſunt ab infra, iis quæ ſunt à ſupra, non iis, quæ,
ceat ita loqui) à juxta quod tamen requireretur, ſi vel maxumè, &
r aquas ſupra cœleſtes nubes, & per רקיע aërem, intelligere vel-
m. ε. neque liquere, quod minimè neceſſarium ſit, ut aquæ quas
mamentum dividit & ſunt ſuper illud; ſint ſuper firmamentum ſtel-
erum: quum ſatis ſit, ut ſint ſuper partem * ſpatii totius, quod fir- * *Eadem ſe-det mens Suarezio l. ſupra c. p. m. 284. n. 31.*
menti nomine ſignificatur, uti viſum *Der-Kenni* l. c. p. m. 593.
m. 1. adſertionem ejusdem IV. p. 592. cum his & hypotheſi de nu-
bus commodè conciliare vix poſſum 2. Non ſanè propriè piſces
per aquas natare, aut homines aquis tecti, in fluvii medio ambulan-
, propriè ſuper aquas ambulare dicuntur **. 3. Expanſi uſum interci- ** *confer Pfeiff. D. V. p. 7. n. IV. lit. β.*
re quoties nubes cumque prominentiores altioribus montium cacu-
nibus fiunt contiguæ. Tot prementibus hanc ſententiam diffi-
tatibus mirere *Sixt. Amamam* præconis inſtar ſtentorei ſublato ca-
ceo *** decretoriè exclamantem: Nunc itaque nemo ignorare po- *** *Lib. II. p. 177. Antib. B.*
(en! confidentem nubium Patronis Evangeliſtam!) quid per aquas
eras intelligat Moſes, nempe aquas nubium, quæ ſunt in media aë-
regione, quas ab inferioribus aëris infimi expanſum dividit. Hæc
go auctoritatum ſyrmate munire contendit ex Patribus *Ambros.*
guſt. Baſil. Acacius verò ait, & *Honorius* eam ſententiam evidenter
barunt. Et ex recentioribus *Perer. Bolduc* ad Job. 37. *Bannes. in*
m. T. II. p. 59. *Arias Mont.* de arcan. ſerm. *Mariana* in Schol.
dus in Ezech. p. 25. *Steuch.* in Coſmop. *Calv. Pareus, Mercerus,*
us. Beroald. in Chronol. *Piſc. Jun.* nec improbant *Thomas, Gene-*
rd, Flacius in Clave p. 68. n. 30. & 443. n. 20. pro veriore ha-
(addat plures qui deſiderat ὁμοψύφυς, quos longo adducit ordi-
Kipping. Inſt. Phys. II, 2, 3. *Pfeiff.* D. V. p. 5. n. 3.) Vah! quot
ditorum Aquilæ! conclamatam rem arbitrarer omnem, ſi magna no-
na & magni errores forent qualitates iisdem in ſubjectis incompoſſi-
s, neque in promptu foret magnos magnis opponere.

V.

Celeberr. Rôtenbeccius in Diſput. Inaugurali ad diem 21. Jun.
1. Altdorfi habita ſupra cœleſtes aquas in Luna & reliquis quæren-
planetis eſſe adſerit. Aquas quidem tùm in illa, tùm in his ex-
e, eſſe hodiè indubium. Aquas vero Joviales v. g. ex teleſcopiorum

obſervationibus ſatis probari, quum ſigna earum adſint minus fallib
lia in maculis Jovis novis & ſpeciem & naturam nubium repræſentan
bus. Adparere ait Chriſt. *Hugenius* in Cosmoth. L.I. p. m. 22. in Jove tr
ctus quosdam reliquo diſco obſcuriores, eosque non eadem ſemp
forma manentes, quod nubium proprium eſt; maculas verò, quæ ej
globo immutabiliter inhærere conſpiciuntur, longo ſæpe tempore o
tectas manere, nubibus vid. illis interceptas, â quibus deinde rurſus
mergant. De maculis quibus lunare corpus eſt reſperſum, homo f
rè ambigit nemo, quum illas, poſtquam optici tubi uſus invaluit, nc
inſpexére ſolum ac numeravére, ſed graphicè etiam delineavére *Ga
læus*, *Scheinerus*, *Cæſar Lagalla*, *Joh. Hevelius*, *Fr. Fontana*, *Ma
Ant. Rheita*, *Fr. Mar. Grimaldus*, atque ii quos refert. *Kircher.*
Exſt. D. I. c. I. p. m. 64. Has vero inquit ille, eſſe aquas ipſa c
didit antiquitas. De Pythagoræis dicit *Galilæus*, quod Lunam p
tellure quaſi altera, cujus terrenam ſuperficiem pars lucidior, obſc
rior verò aquam magis repræſentet, habuerint. *Keplerus* palin
diam *Galilæo* canens ingenuè fatetur: Do maculas eſſe maria, do, l
cidas partes eſſe terram. *Excell. Dn.* Prof. *Creuling*, Fautor noſter mu
nominibus numquam non colendus, qui in ſuo quod hactenus hal
it *Coll. Experimentali* demonſtravit quoq; planetas eſſe corpora hete
genea ex partibus ſolidis & fluidis compoſita, in *Deff. Phyſ.* P. Sp. D. 3
p. m. 206. lunam globum eſſe, ait, qui peculiari atmoſphæra, nu
longiore teleſcopio deprehenſa, (& in Eclypſibus totalibus fa
limè deprehendenda) præter montes, valles, maria, flumina, inſulas
non ſecus ac terra circumdetur. Rationes autē deſumuntur ex macu
rum iſtharum obſcuritate, inæquali radiorum æqualiter tamen in diſc
lunæ incidentium â Luna refractione, * figurâ, montoſis marginibus,
neceſſitate aquarū in Luna, quod illa ſoli multis milliariū Germanico
myradibus terrâ noſtrâ propior ſine aquis ejusmodi exareſceret. Et
nique ſumma cum terra noſtra lunaris globi convenientia & analo
Ipſam, inquiunt, eadem *Selenitæ*, ſi quis eſſet, adparituram facie, it
maria minus luminis â ſole recepti, terreas vero partes plus reper
ſuras, adeoque illa obſcuriora & ſimul æquabilia, has verò lucidi
ſpectare poſſet, maxumè credibile eſt. ** De cetero evidens utiq; eſt
gnis horū globorū duorū ſimilitudo mutuas ſibi operas in cōmunica
lumine ſecundario præſtantium, ut non ſine ratione veteres Lunan
τίχθονα h. e. oppoſitam terræ terram; terram ἀντισελήνην, oppo

* *Multos quippe radios introrſum penetrantes in certis Lunæ regionibus putant abſorberi. conf. Cler. Phyſ. L. I. c. 8. §. 11. p. m. 62. T. Opp. Philos. III. add. Petr. à S. Joſeph. Id. Philos. Nat. p. m. 164. fin. & non niſi modicam illorum partem revibrari, ita ut regiones illæ obſcuriores, tamquam minus illuminatæ adpareant.*

** *add. omninò B. Sturm. Phyſ. Erot. p. m. 386. §. XIII.*

næ lunam adpellitaverint. Equidem interea ſi majores illas & per-
ɛtuas in facie lunari maculas Oceanos ejusmodi eſſe & maria noſtris
nilia certò conſtaret, non poſſem non cum eodẽ *Sturm.**** textus no- *** *Phyſ. Conc. p. m.* 167.
ri ſenſum judicare evidentiſſimum & noſtras ibidem quærere aquas.
lud interim adſerentes, &, quod ego nondum ſentire oculis queo,
dentes, mentis male ſanæ eſſe neutiquam dixerim, cum *Malebran-
ani* illius *ruſtici* idem clariſſimè videntis familiaribus. Vid. *Male-
anche* in Illuſtr. ad L. I. c. X. & L. II. c. VI. de *Inq. Ver.* p. m. 28.
ui, ut opinor, hanc tamen ſententiam extra omnem ponit dubitatio-
em. conf. quæ Idem in margine habet ibidem.

§. VI.

Cum magna autem veri ſpecie opponi contra lunares iſtas a-
uas poſſe videtur I. quod hiſce ipſis in maculis diſperſa hinc inde cer-
antur punctula quædam lucidiora, contra morem aquarum radios
rgius reflectentia. II. Nullas in Luna nubes eſſe obſervatas, omni-
o tamen, ſi maria ibi forent, obſervandas, nec perſpicilla effugituras,
uandoquidem, Jovialium nubium inſtar, nunc has nunc illas lunæ
giones obducturæ, noſtroque viſui ſubducturæ, nec perpetuam lu-
ari ſerenitatem corpori relicturæ viderentur. conf. *Sturm.* l. d. p.
85. *Hugen.* in κοσμοθεώρῳ L. II. p. 98. quem in Scientia Cosmica mi-
tur *Sturmius.*

§. VII.

Verum ad I. forte non prorſus inepte dixeris, ex ipſa poſſe ter-
reſponderi noſtra, ſi è luna eam eſſemus conſpicaturi; ſcilicet & no-
ra ibidem maria non ſubobſcura tantum & fuſca lucis ſpecie adpa-
tura, ſed quasdam etiam lucidiores partes forent paſſim habitura ab
ſulis maribus illis innatantibus affectas. Quo ipſo ſimul de in-
lis in iſtis lunaribus Oceanis oriretur ſuſpicio. Ad 2. Lunares iſtas
quas liquidas quidem, ſed magis forte raras perſpicuasque eſſe, no-
risque adeo oculis, armatis præcipuè, faciem lunæ ſerenam ſubtrahe-
haut valentes; dein ipſa in terra quoque noſtra dari regiones, quæ
ore & aliis id genus materiis ſubtilioribus humectatæ pluvias & nu-
um vaporumque ſpiſſitudines neſciunt, exemplo eſt Peruvia. Quid?
uod inter novas lunæ maculas adparentes nubes, forte ἀπαυγδεύτας
ro eminentiorum partium umbris venditamus. Et quid plura opus?
uum hodiè ſaltem nemo amplius de lunari dubitet atmoſphæra.

§. VIII.

§. VIII.

Hiſce autem licet ita admiſſis, iſthoc ſubinde dubium ſuboritur, quî fieri tandem potuerit, ut aquæ ſecundo ἐξαημέρȣ die jam expanſo diſterminatæ, in luna reliquisque ſideribus, quarto demum die conditis ac eodem in expanſo poſitis, ſint locatæ? hoc ſanè unicum, quidquid iſtorum ſit, omnia videtur evertere. Dicam, quid mihi quidem ſuccurrerit, ſcilicet fortean Deus, uti communem illam omnium aquarum molem die productam primo, ſecundo in binas quaſi partes ſecavit; (æqualesne an inæquales? diſputare heic nihil adtinet) uti etiam alterutram harum IIIio dein die in diverſas denuo partes diviſit & objectis pelagi rabiem frenavit arenis, ut ſibi præſcripto Triton adſueſceret alveo: (*ut ille*) ita quoque alteram aquarum illarum tantiſper ſupra aëreum ſimul ac æthereum (tum enim â vicinis ſolibus, nondum quippe exiſtentibus nihil dum illuſtratæ, tota nocte non reſplendeſcebant *,) expanſum evectarum partem creatis, die quarto ſidereis iſtis globis diverſimodè deſcripſit, & cuique illorum portionem aliquam adſignavit. Sed quid hæc noſtra conjectura veri habeat, viderint alii. Nos illâ quidem neutiquam rejectâ hactenus, ſed ulterioribus meditationibus merito reſervata, id quod ſupra ivimus adſertum tantiſper tuemur & aquas ſupracœleſtes ſupra cœlum aëreo-æthereum poſitas eſſe credimus, dum alius nos dies, quæ ſperamus, doceat certiora.

* *quod Sturm. l. d. p. 373. q. 3. & Phyſ. Concil. p. 155. §. 11. continuo urget.*

COnſule Judicio quisquis gerit omnia, Natus
Conſulis Hic, Muſis, Ipſeque Conſul erit.

Authori hujus Diſſertationis Eruditiſſimo, Per-Eximio atque Præſtantiſſimo Domino Candidato Hallwaxio, Philoſophiæ & Philologiæ Cultori hactenus Indefeſſo, de Specimine hoc publico, raræque diligentiæ exemplo gratulari, atque ut, quam Dominus Parens ipſius in Civitate tenet, Dignitatem Conſularem in Muſarum choro aliquando obtineat adprecari voluit,

Joannes Cunradus Creiling Phyſic. & Math. Prof. Ord.

UT nomen cera nunquam ſcribatur in ima,
Efficiet ſtudium non ſine laude tuum!

Præſtantiſſimo Dn. Canditato, varia induſtriæ Specimina edenti, lmque adplaudens ſcripſit

Jo. Chriſtianus Neu. PP.

FINIS.